



18. a. 7

7

Dug^o



3 - 46 30



R 10631 B.

Collegii Granatensis Societatis Jesu.

INSTITUTIONES

DIALECTICÆ,

VULGO SUMMULÆ,

AD PRIMAM PARTEM PHILOSOPHICI
CURSUS PERTINENTES.

AUTHORE

R. P. LUDOVICO DE LOSSADA
è Societate Jesu, in Regio Salmanticensi Collegio
Theologiae Professore, & Sacre Scripturæ
Interprete.

SALMANTICÆ

Ex Typographia Francisci Garcia Onorato
& San

Anno 1721.

REHEARSED

REHEARSED

REHEARSED

REHEARSED

REHEARSED

REHEARSED

REHEARSED

REHEARSED

REHEARSED

SUMA DEL PRIVILEGIO.

Tiene Privilegio de su Magestad el P. Luis de Loffada de la Compañía de Jesvs, para imprimir por espacio de diez años el Libro intitulado, *Institutiones Dialeticae*, y que ningun no sin su licenciz le pueda imprimir: como consta del Original, que está en su poder, despachado à 3. de Agosto de 1721., en el Oficio a Don Balthasar de San Pedro, Secretario de Camara de su Magestad.—

APROBACION DE LOS SUPERIORES.

Tiene licencias del Supremo Consejo de Castilla, del Ordinario, y de los Superiores de su Religion, el P. Luis de Loffada de la Compañía de Jesvs, para imprimir este Libro, aprobado por el R.R. P.M. Fr. Andrés Cid, de la Sagrada Orden de San Bernardo, Cathedratico de Prima de la Universidad de Salamanca, y por el señor Don Juan Antonio de Lardizabal, Magistral de la Santa Iglesia de Salamanca, y Cathedratico de Escoto en la Universidad.

SUMA DE LA TASSA.

Los Señores del Consejo tassaron estas Sumulas de el P. Luis de Loffada, à ocho maravedis cada pliego, como consta por certificacion de Don Balthasar de San Pedro, Secretario de Camara del Rey nuestro Señor y en Madrid à 7. de Agosto de 1721.

Erra.	Corr.	Erra.	Corr.
Pag. 5. col. 2. lin. 9. <i>allius</i>	<i>illius</i>	Pag. 116. c. 1. l. 11. <i>D. Thomas</i>	<i>D. Thom- as</i>
Pag. 15. col. 1. lin. penult. & vlt. om- <i>mune cremeret</i> — <i>commune remaueret</i> .		P. 119. c. 1. l. 26. <i>multabilitia</i>	<i>metabilitia</i>
Pag. 21. c. 1. l. 8. <i>Aristolicæ</i>	<i>Aristotelicae</i>	Pag. 131. col. 1. lin. 27. <i>bac</i>	<i>bomo</i>
Pag. 28. c. 1. in tit. <i>Duplex</i>	<i>Triplex</i>	Pag. 182. col. 1. lin. 18. <i>Quem</i>	<i>Quæ</i>
Pag. 44. c. 2. l. 33. & 35. exempla de parti- bus aquæ, & corporis humani	<i>communiteruntur</i> .	Pag. 191. c. 2. lin. 26. <i>subsumai</i>	<i>subjunq<i>u</i>ti</i>
Pag. 84. c. 1. l. 2. <i>oppositur</i>	<i>appenitur</i> .	Con estas erratas corresponde à la Original. Madrid, y Agoilo 20. de 1721.	
Pag. 106. col. 2. lin. penult. <i>ut</i>	<i>ut</i> .	Lic. Don Benito del Rio, y Cordido.	
Pag. 110. c. 1. l. 9. <i>post nomen Deus</i> , adde, <i>et analogum</i> .		Corr. Gen. por su Mag.	

PRO

PRO DIALECTICIS INSTITUTIONIBUS TYRONIUM
commodo prelegendis Admonitio.

Sicut forte videbitur moles huiusc libelli maior, quam Summarum nomina ferat, censuram quas tantisper teneat. Potuisse enim equidem tenuiori libello, ut alios praestitisse video, Summulas edere, nullo scilicet doctrina examine contentioso. Sed me deterruit maxime duplex incommodum. Alterum: quod medulla ista Logices, quae ceteris Scientiis pro fundamento est, frictuina contineat documenta, nec rationibus firmata, nec à difficultatibus expedita, discipulis probabitur sola fide, & auctoritate Magistri praelendentis. Vnde vel mutabit facile scientiarum substructio; vel certe non ea, quæ scientem decet, firmitate vigebit: præsertim cum præcepta Logice non eadē prorsus ferantur apud omnes, sed numero, sensuque varia. Summulas vero fusiores, quas *Disputatas* vocant, pauci legunt. Alterum: quod alioquin tyrones in disceptationibus quotidianis harent matrone arna, quibus aggredi, tuerique liceat, inveniunt. Adde quod Artes addiscendi rectissima via est, vbi doctrinam comitatur usus, & praxis. Quis autem regularum usus utilior, quam vbi propositis circa doctrinam ipsam argumentis, docentur discipuli conclusiones in examen vocare, & statera ratiōnis expendere?

Ea propter Summulas scribere placuit non omni succo, & sanguine destitutas: quas tamen poterit quisque reddere Laconicas, & brevitare donare quantilibet. Nam memor temporis, quod huic operi dicari solet, tractatus seriem cibris distinxii titulis: ut que miris videbuntur necessaria tyrenibus, facile in Scholis omittantur, per otium cuique voluranda. Cuius rei gratia subdam hic omittendorum Indiculum; nisi forte meliorem Lector ipse conficiat.

Disp. 1. Omit. totum cap. 2. & 3.

Disp. 2. Omit. tot. cap. 2. & 4.

Disp. 3. Omit. ex cap. 2. titul. n. 12.
item tot. c. 4. & ex c. 5. tit. n. 12.

Disp. 4. Omit. tot. cap. 2. & 3.

Disp. 5. Omit. tot. cap. 3., & ex
cap. 4. à num. 14. & ex cap. 5.

à num. 4. ad 10.

Disp. 6. Omit. poterit integra.

Disp. 7. ex cap. 2. Omit. titul. n.
13.: item tot. cap. 3., & ex cap.
7. à num. 12.

Disp. 8. ex cap. 3. Omit. à num. 10.
item tot. cap. vltim.

INSTITUTIONES DIALECTICÆ, VULGO SUMMULÆ.

Q Uamquam plerumque rectus ordo doctrinæ à facilioribus incipiat: *Quandoque* tamen (inquit D. Thomas a) „necessæ est in addiscendo non incipere ab eo , quod „est facilius , sed ab eo , cuius cognitione cognitio „sequentium dependet , & hac positione , oportet in „addiscendo à Logica incipere: non quia ipsa sit fa- „cilior scientijs cæteris , habet enim maximam diffi- „cultatem , cum sit de secundò intellectis ; sed quia „aliæ scientiæ ab ipsa dependent, in quantum ipsa docet modum pro- „cedendi in omnibus scientijs: oportet enim primò scire modum sciendi, „quāna scientiam ipsam.

Porro Logica, Magistra mentis, in dirigendis eius operationibus tota est; lucemque, & regulas tradit, vt in veritatis indagine caveatur vbi- libet confusio, ambiguitas, error. Mentis actus, sive operatio , eit interna quædam perceptio, & repræsentatio obiecti cuiusque. Vocatur passim hisce nominibus: *notitia*, *cognitio*, *cogitatio*, *intuicio*, *mentis*, *intellec-
tus*, *conceptio*, sive *conceptus*, *species expressa*, *formalis imago obiecti*, *verbum in mentis*. Cum cogito notum mihi hominem absentem, (ait exempli gratia S. Anselmus cap. 31. Monolog.) formatur acies cogitationis meæ in talera imaginem eius, qualiter illam per visum oculorum in memoriam astraxi: que ima- go in cogitatione verbum est. Imaginem , ac verbum huiusmodi efficit Po- tentia animæ, quæ *Mens*, *Intellectus*, & *Ratio* dicitur: coefficit simul obiec- tum, non tam se ipso, quam ope vicariae virtutis, quæ per sensus ad mentem usque propagata, vocatur *species impressa*. Quo pertinet paræmia Philosophorum: *Ab obiecto, & potentia paritur notitia.*

Sic adumbrata mentis operatio, est triplex. Prima dicitur *simplex appre-
hensionis*: estque prima perceptio cuiusque rei, nondum affirmans quic- quam, aut negans; qualis responderet vocibus hisce, *Dixi*, *Mundus*, *Homo dixi*. Secunda affirmat, aut negat unum de altero; prout exprimitur his

A. 1702

De Signo.

vocibus v. g. Deus est verax, vel, Deus non est mendax. Hæc dicitur *Propositio*, *Judicium*, *Sententia*, *Affensus mentis*, vel *Dissentur*. & saltem expressa vocibus, *Enunciatio*, *Enunciatum*, *Pronunciatum*. Continet subiectum, praedictatum, & copulam. Subiectum est, cui aliquid attribui, aut negari. *Praedictatum*, vel *Attributum*, est id ipsum, quod tum negas, vel affirmas. *Copula* dicitur verbum *Est*; idque vel explicitum, ut in hac propositione, *Homo est rationalis*; vel implicitum, ut in hac alia, *Homo cogitat*, quæ sic redditur, *Homo est cogitans*.

Tertia intellectus operatio ex uno, vel duobus judicijs deductæ aliud. Hæc vocatur *Discursus*, *Ratiocinatio*, *Argumentatio*. Quod si ex uno dumtaxat aliud colligat, dicitur *Enthymema*; v. g. *Oitum est origo malorum omnium*, ergo *est fugiendum*. Si vero ex duabus judicijs tertium inferat, dicitur *Syllogismus*; v. g. *Omnis virtus est sublimis*, *sed humilitas est virtus*, ergo *humilitas est sublimis*. *Propositio* deducta ex alijs, appellatur *Consequens*, vel *Conclusio*. *Illatio*, seu deductio ipsa, quam denotat particula *Ergo*, vel *Igitur*, vocatur *Consequentia*. *Præmissa* in Enthymemate propositi, dicitur *Antecedens*; quæ vero præmittuntur in Syllogismo, prima *Maior*, secunda *Minor* appellatur.

Hæc in limine prænotanda fuerunt, ut pueris, à Grammatice reccens ablactatis, materiamque, & idioma Logices ignorantibus, fax quædam affulgeat, & caligo regionis ignota rarelcre incipiat.

Nunc Institutiones Dialecticas, quas & parvam Logicam, & Summulas vocant, ea methodo dabimus, vt trium mentis operationum ordinem sequatur, quoad fieri possit, ordo doctrinæ. Nec tamen de ijs operationibus in se se; sed prout vocibus uniuersique respondentibus exprimuntur, & claritatis, & consuetudinis gratia plerumque differemus.

DISPUTATIO I. DE SIGNO.

 *Ibid est* (inquit Magn. Augustinus^a), *de quo non verbis disputare necesse sit*: itaque de his primò disputatur, per quæ ac ceteris disputatione conreditur. Verba loquendo formantur. *Locutio* b est articulata voce signum dare. *Vox*, iuxta Aristotel. c est sonus editus ab ore animalis cum imaginatione quædam. Dicitur *Vox articulata*, quæ litteris constat, vel saltem, quæ literam unam vocalem exprimit, ut *propositio A*, & *E*, nec non imperativa vox *I*. *Vox* igitur articulata, seu literata, verbum est: quod quidem, cum d profertur propter aliud aliquid significandum, *Dictio* vocatur; secùs vero, cum propter se profertur. V. g.

^a *August. de princip. Dial. cap. 5.* — ^b *Ibid.* — ^c *Aristot. 2. de Anim. cap. 8.* — ^d *August. loc. cit.*

cum dicitur, *Cedant arma togae*, verbum *Arma* est. Dicō : at idem ipsum, cum quāritur, *Arma* quā pars orationis est non Dicō, sed verbum dumtaxat, appellatur. Sic acceptum generaliter verbum, à Magn. Augustino & definitur, *Uniuscuiusque rei signum*, quod ab audiente posit intelligi, à loquente prolatum. Quæ definitio respicit Dialecticam, quæ non attendit in verbis, quod sunt, sed potius quod signa sunt. Quare verborum significacionem explicare, nostri munera est: quod quia commode fieri non potest, nisi ratio signi in communi priùs explicetur, hoc primū aggrediatur.

CAP. I.

Quid sit signum, & quotuplex?

RES eas, quæ ad significandū aliquid adhībentur, signa vocamus. Quid tamen notio signi propriè comprehendat, vel in quo propria ipsius ratio constat, non satis constat inter Philosophos, quibus proinde non vna omnibus signi definitio placet. Sed, alijs omissois, signum recte defīnit, *Medium*, vi cuius obiectum aliquod innotescere valet potentia cognoscitiva. Accipitur *Medium* pro eo quod est inter duo extrema, poniturque loco generis. Reliqua verba exprimunt extrema signi propria, videlicet potentiam cognoscitivam, & obiectum aliquod: exprimunt item vim, seu munus proprium istius *Medij*, nemp̄ obiectum reddere potentiam notum: proindeque differentiam signi continent ab omni non signo. Potentia cognoscitiva ut sic, non modò comprehendit intellectivam, & imaginativam, sed omnes quoque sensus externos, etiam brutorum: quia omnibus innotescunt, & percipiuntur aliquot obiecta.

z Signum ergo duplēm ordinem, sive respectum importat, alterum ad potentiam cognoscitivam, alterum ad obiectum, quod interven-

tu signi patescit: & quidem importat essentialiter utrumque respectum, vel saltem fundamentum utriusque; quia & per utrumque definitur, & sine utroque simili intelligi nequit. Quare de ratione signi est inter suo extrema intervenire, & utrumque hinc inde respicere; diversimode tamen: nam alterum respicit ut quod significat, nempe obiectum, quod denominat *signatum*, vel *significatum*; alterum, ut cui significat, nempe potentiam cognoscitivam cum omnibus, quibus ipsa completur ex parte actus primi. Hinc, si mavis, datam definitionem signi clarius reddideris hinc verbi, *Id, cuius interventu posset obiectum aliquod potentia cognoscitiva manifestari.*

3 Unde inferes 1. in omni signo importari aliquod genus distinctionis, tum à signato, tum à potentia cognoscitiva: distinctionis, inquit, saltē rationis, vel realis quoad circumstantias. Nihil enim intervenit, aut medium est, nisi inter extrema aliquatenus distincta. Inferes 2. non esse omnino idem representare, ac significare: nam quodvis obiectum, secluso quovis genere distinctionis, se ipsum representat, seu præsens facit: nec tamen se idcirco significat, aut suum signum appellatur, iuxta receptam loquendi consuetudinem, nisi forsitan in sensu nimis improprio.

4. Aliquot signi Divisiones.
 4. Dividitur signum generaliter, in formale, & instrumentale. Signum formale est ipsa formalis notitia obiecti, illa scilicet forma que informando potest cognoscitivam, se ipsa notiam illa reddit obiectum. Unde actus intellectus, quo Coelum v.g. cognolco, mihi est Coeli signum formale: quod idem dico de quovis actu sensuum comparatione sui obiecti. Hoc genus signi vocari debet Medium quo, vel sub quo; non autem in quo, quasi in ipso ut cognito mensa compleetur obiectum: non enim verbum mentis est medium signata, & expressè cognitum-eintrà cognitionem reflexam, ut alibi Deo dante docemus. Signum formale tedium habet subdivisiones, quot notitia, sive cognitio. Eas proinde Animistica dabit, nosque unam, vel alteram inferius attingemus, ubi de termino. Nunc sufficiat dicere de more, notiam vecari Intuitivam, cum manifestat obiectum ut praesens, ut cum praesentem lucem oculis, & mente intuemur: vocari autem Abstractivam, cum representat obiectum ut absens, vel saltem à praesentia præscindit, ut cum præteriorum recordamur, vel eum rerum essentias yniuersaliter sumptas cogitamus.

5. Signum instrumentale est, quod prius cognitum dicit in cognitionem alicuius obiecti. Unde à signo formalis distert in eo, quod prius (saltem prioritate rationis) cognosci debet, ut deinde vi ipsius resultet cognitio obiecti signata. Sic vox Homo est instrumentale signum hominis. Sic gemitus dolorem significat, fumus ignem, & animalis vestigium animal, quod illac transiit. Cum hoc tamen cohaeret, quod omne signum formale, sit etiam realiter instrumentale, quatenus scilicet

cet cognosci potest vel à diverso intellectu, vel ab eodem per cognitionem reflexam. Si enim cognoscat Angelus cognitionem meam de Anti-Christo futuro v.g., cognitione mea, quae mihi est signum formale, eit Angelo instrumentale signum Anti-Christi; immo & mihi pariter, si nova cognitione reflexa meam illam cognovero cognitionem. Attamen cognitione signum est formale & instrumentale sub diversa ratione: formale quidem, quatenus se ipsa immediate manifestat obiectum potentiae, quam informatis instrumentale vero, quatenus manifestat obiectum media cognitione distincta, per quam cognoscitur vel ab eadem, vel à diversa potentia. Sub prima consideratione est Medium quo, sub secunda est Medium in quo, vel ex quo, vel per quod; quibus terminis instrumentale signum denotari solet.

Signum instrumentale sub dividitur 1. in sensibile, & insensibile, vel quod eodem ferme recidit, in corporeum, & spirituale. Signum sensibile est, quod potest percipi sensibus corporis. Atque hoc explicat celebris definitio Signi, à Magno Augustino tradita lib. 2. de Doctr. Christi cap. 1. nempe, Res, præter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliiquid ex se faciens in cognitionem venire: cui consonat alia ab eodem S. Doctore data lib. de Princip. Dialect. cap. 5. nimirum, Quod & se ipsum sensuit, & præter se aliquid animo ostendit. Tales sunt voices, quæ loquimur; talia quoque sceptrum, Baculus, aliaque Regum, & Antistitum insignia; item fumus, gemitus, feræ vestigium, &c. Signum insensibile est, quod à sole intellectu cognosci potest (supponitur semper in his definitionibus quidquid est de ratione Signi in communi.) Huiusmodi sunt actus intellectus, quatenus

Signa sunt instrumentalia, modo nuper exposito. Et similiter qualibet creata entitas spiritualis, in qua, vel ex qua Deum cognoscit Angelus, Signum est Dei. Huc etiam pertinent Signa, quibus inter se Angeli colloquuntur.

Subdividitur 2. Signum instrumentale in naturale, ad placitum, & ex consuetudine. Naturale signum est, quod suapte natura vim habet manifestandi. Sic suspiria, & gemitus sunt signa doloris. Signum ad placitum (quod etiam signum ex instituto, vel ex institutione, vocatur) est, quod à libera voluntate, seu arbitrio rationalis Agentis vim manifestandi surgit. Nominae rationalis Agentis comprehenduntur Deus, Homo, & Angelus. Unde alia signa sunt ad placitum Dei, vt Sacra menta respectu Gratiae, & Iris respectu non futuri deinceps Diluvij: alia ad placitum Hominum, vt militaria Signa, Campanæ sonitus ad Missam, vocabula, quibus inter se homines colloquuntur, & alia quam plurima. Alia denique sunt, vel esse possunt, ad placitum Angelii. Signum ex consuetudine est, quod ratione alicuius consuetudinis acquirit vim manifestandi aliquod obiectum, quin immediatè interveneret libera voluntas Institutoris. Sic Canis, qui herum præcedere consuevit, est Signum adventus heri: sic etiam mappa, qua mensa pransuris consuevit sterni, est Signum prandij.

8 Porro in Signo naturali duplex notari solet proprietas, qua differt à Signis ad placitum, & ex consuetudine. Prima est, quod idem significat vbique Gentium: secunda, quod nequit vñquam significationem exuere, aut mutare; vel, vt aiunt, quod nequit à sua significatione déponi. Contra accedit in reliquis Signis:

nam consuetudo, & placitum, nec eadem sunt apud omnes gentes, nec eius sunt tenacitatis, vt mutari, aut aboleri nequeant per desuetudinem, vel contrariam voluntatem. Notabis hic, omne formale signum esse naturale: nuperam tamen subdivisionem id circa aptari Signo instrumentalis, quia hoc folium capax est illius partitionis trimembris.

Objectiones quedam obiter soluta.

9 Sed adversus dicta nuper obiecta: 1: definitio Signi naturalis convenit etiam Signo ad placitum: ergo convenit alijs à definito, adeoque virtuosa est. Prob. Ante: Signum ad placitum, v. g. vox Homo, prout Signum est hominis, etiam suapte natura vim habet manifestandi; sed hec est definitio Signi naturalis: ergo, &c. Prob. Mai: vel vox Homo accipitur sola, quatenus sonus quidam est, vel simul cum forma, qua constituitur in esse Signi. Si primum contingat iam non accipitur ut Signum ad placitum. Si secundum: iam suapte natura vim habet manifestandi; nam complexum ex entitate vocis, & forma significationis, essentialiter manifestativum est. Igitur ea vox, quoties accipitur ut Signum ad placitum, ex propria natura, vel essentia, iam habet manifestandi.

10 Mera cavillatio hec est.

Dum negamus, quod signum ad placitum suapte natura vim habeat manifestandi, non loquimor de toto signo, prout omnes suas partes includente (quo lenius omne utique signum est manifestativum suamet essentia, vel natura;) sed de re, vel subiecto, quod denominatur signum, v. g. le voce Homo, que manus habet signum, non à propria natura, sed ab hominum voluntate: quia nec secundum identificat, nec ab intrinseco esigit vim.

Significandi. In forma neg. Antec. in cuius probatione diff. Mai. si accipiatur signum ad placitum pro toto complexo ex subiecto, & forma, conced. si pro solo subiecto denominationis signi, neg. Mai. & concess. Min. neg. conseq. In probatione fabiuncta, dum queritur, an vox homo accipiatur sola? Resp. ea vox accipitur sola, soliditudo excludente confortium alterius rei tamquam subiecti, de quo sit sermo; non verò alterius rei tamquam formae concomitantis. Unde accipitur ut signum, id est, ut subiectum vi significandi præditum, sic tamen, ut non tota signi quidditas importetur in recto, sed subiectum dum taxat. Sub qua distinctione consequentiam ultimam concedo, vel nego.

12. Objic. 2. habere vim manifestandi à libera voluntate, non est proprium solius signi ad placitum: male ergo hoc genus signi definitum est. Prob. Antec. statua Regis v. g. vim manifestandi sortitur à libera voluntate artificis, & tamen non est signum ad placitum, sed naturale: ergo, &c. Neg. Antec. in cuius probatione (admissa communi sententia, qua imagines artificiales inter naturalia signa computat) diff. Mai. statua vim illam habet à voluntate artificis, cum sola dependentia in existendo, conc. cum dependentia in representando, neg. Mai. & admissa. Minore, neg. conseq. Habet quidem statua ab artificis arbitrio, quod existat cum tali figura: at quod solum existens talis figura representet Regem, iam non pendet ab artificis voluntate. Contra evenit in voce leo. v. g. quæ, si nolint homines vt leonem significet, neutiquam significabit, quantumcumque existat.

12. Porrò, dependere ab hominum arbitrio præcise in existende, non propriè est habere vim re-

presentandi à libera voluntate; vt certius in gemitu, & suspirio, quæ, sive libertè, sive necessariò erumpant, non dicuntur habere à voluntate vim manifestandi dolorem, sed suapte natura. Id quod clarius apparet in voce Leo v. g. quæ licet tota in existendo pendeat à proferentis arbitrio, tamen non inde habet vim significandi proferentem ipsum, cuius est naturale signum, sed tantum indidem habet vim significandi Leonem, cuius est signum ad placitum. Sæpè ergo naturalia signa habent à voluntate, quod sint, sed nunquam, quod signa sint. Ex quo etiam patet, firmam esse proprietatem signi naturalis suprà traditam, quod scilicet nequit à sua significatione deponi. Nam, quamvis statua, si deformetur, significationem amittat (quemadmodum & gemitus, si existere desinat,) hoc tamen non est immediate deponi à significatione, sed mediæ, quatenus figura ipsa deponitur ab existentia, in qua significatio ab arbitrio independens fundabatur.

13. Objic. 3. omne signum ex consuetudine reduci potest, vel ad signum ad placitum, vel ad naturale: immerito igitur velut tertia signi species statuitur. Prob. Antec. in exemplis suprà positis: nam in primis consuetudo mensam sternendi mappis ante prandium, fundatur in hominum placito, proindeque mapparum extensio dici potest prandij signum ad placitum: deinde canis adveniens dici debet naturale signum venientis heri, quia consuetudo præveniendi dominum fundatur in natura canis. At eadem est ratio de ceteris Signis ex consuetudine, quæ semper vel in placito, vel in natura fundatur: ergo, &c. Ita discurrunt Summulistæ plures, præsentim è Thomistis. Sed op-

positum verius existimò cum alijs.

14. Id quod probatur facile: quia consuetudo pender quidem à placito, vel natura, in existendo: at id non est satis, vt dicatur signum ad placitum, vel naturale, nisi pariter in representando penderat, vt constat ex dictis in solutione præced. argumenti. Quod autem immediata dependentia in representando non adsit, ex eo patet, quod consuetudo semel existens eundem, atque uniformem representandi modum habet, undecumque trahat originem. Explicatur exemplo canis; qui, licet naturaliter propendeat in consuetudinem præundi dominum, potest abs dubio sic assuefiri, ut dominum semper subsequatur, tuncque significabit herum, non subsequentem, sed præuentem. En consuetudo ista, et si non orta ex inclinatione naturali, sicut illa prior, tamen eamdem, aut uniformem significandivm habet; nec quisquam attendit originem consuetudinis, vt significatiōnem percipiat, sed tantum notat, consuetudinem esse, & cum significato connecti.

15. Confirmatur: meridiana mantilium extenso supra meniam, ex vi præcisè consuetudinis prandium significabit, quamvis homines nihil de significatu cogitent, sed tantum de munditate, vel ornatu ad prandium, immò quantumvis nolint, vt illud significetur: ergo nequit dici signum ad placitum; repugnat enim, ita vocari signum, quod significat præter, vel contra placitum. Confirmatur iterum: proprium est igni naturalis, quod significationem amittere nequeat, & vbiique gentium idem significet; sed canis adveniens amittere potest significationem adventus domini, cum possit, ac soleat à comitatu domini arceri, & con-

suetudinem præcedendi dedittere: nec item adventum illum significat vbi que gentium, cum vel apud nos in numeri sint canes, qui seorsim ab heris incedant: ergo vocari nequit signum naturale. Certe ex natura canis nemo movetur, vt venturum concipiatur herum, nisi insuper explorata habeat consuetudinem eius de comitando domino, ac præundo.

16. Adde plura signa, quæ bratis animantibus dantur, v. g. propria nomina, quæ vocati canes arrigunt aures, & accurrunt. Nam huiuscmodi signa, in primis naturalia non sunt, vt per se patet; deinde non sunt ad placitum; quia nec placitum humanæ voluntatis percipiunt canes; nec significatio eiusmodi potest ex mero placito revocari, sed revocatio indiget tractu temporis, quo paulatim canes alter assuecant: supereft ergo, vt tert. quædam Signorum species statuant, in mera consuetudine consistens. Hinc ad argumentum in forma neg. Mai. Et in eius probatione, cum dicatur, consuetudinem fundari, nunc in placito, nunc in natura, dist. Mai. fundatur remò, sive in existendo, conc. immediate, sive in representando, neg. Mai. & similiter distincta Minore, neg. conseq.

17. Dices: Consuetudo est altera natura, vt fert vulgare proverbium: igitur signum ex consuetudine dici poterit signum ex natura, vel naturale. Sed contrà: ergo omne signum ex consuetudine vocabitur naturale, nullumque computabitur inter Signa ad placitum, contra quod intendunt adversari. Itaque proverbium illud non denotat, consuetudinem propriè naturam esse, sed analogice tantum convenire cuna natura, scilicet penes facilitatem operandi, & tenacitatem

inherentē. Sic variē illa non abs-
mīla, Amīcus est alter ego, non aliter,
quam per analogiam quādam, ex-
plicari debet, aut potest.

Reliqua Signi Partitiones.

18. Subdividitur 3. signum
instrumentale, vel potius solum signum
ad placitum, in Doctrinale, &
pure manifestativum. Doctrinale est,
quo utimur ad docendum alioscuius-
modi sunt vocabula ore prolatā, vel
scripta. Pure manifestativum est,
quod ita significat, vt per se, & im-
mediate non sic idoneum ad docen-
dum, vt campanæ sonitus, tubæ clan-
gor, & huiusmodi plura. Doctrinale
solet vocari Suppositivum, eo quod
supponatur, vel accipiatur pro re,
quam significat. Videtur tamen Sup-
positivum patere latius, cum etiam ad
imagines artificiales extendi possit.
Solent quippe imagines (inquit Magnus
Augustinus f.) rerum carum nominibus
appellari, quarum imagines sunt... ve-
lut eum intentes tabulam, aut parietem,
dicimus: Ille Cicerus est, ille Sallustius, ille
Atilius, ille Hector, hoc flumen Sinois,
illa Roma; eum aliud nihil sint, quam
pictæ imagines. Quanquam hac de cau-
sa imagines diei quoque poterunt Sig-
na Doctrinalia remote, aut mediate:
multa quippe ad scientias spectantia
docentur homines per imagines, v. g.
multa, que pertinent ad Astrono-
miam, per fiduciam ligneam, figu-
ris, ac circulis descriptam more coe-
lestium. Remote, iuquam: quia semper
per ad doctrinam huiusmodi opus est
interventus verborum.

19. Secundū generaliter Signum
dividitur in Practicum, & spe-
culativum. Practicum causat, quod
significat, vt Sacraenta gratiam.
Speculativum pure significat, quin
causat reo significatam, vt voces, qui-

bus de rerum natura differimus. Di-
visio ista congruit etiam signo forma-
li: nam aliae cognitiones practice
sunt, aliae speculativae.

20. Tertiō, in Demonstrati-
tivum, Rememorativum, & Prog-
nosticum. Quorum primum indicat
rem præsentem, vt genitus dolorem:
secundum, rem præteritam, vt cinis
ignem: tertium, rem futuram, v. g.
Sol, cum g. Ceruleus pluvias preannuntiat,
igneus euros. Hæc tria munera posse
in eodem signo coniungi respectu
diversorum, ostendit D. Thomas b.
exemplo Sacramenti; quod signum est,
& rememorativum Passionis Christi
D. & demonstrativum gratia, &
prognosticum futuræ gloriae. Divi-
sionis istius trimembri capax est
quoque signum formale, vt quisque
videt.

21. Quartō, in Signum falli-
bile, & infallibile. E quibus primunt
est, cuius connexio cum signato in-
terdum eluditur. V. g. risus lætitiam,
& Lachryma dolorem significant: sed
interdum fallunt. Secundum est, cuius
connexio cum signato certa semper
est. Sic stella veneris, quo tempore
Lucifer est, Aurora preannuntiat. Sic
Sacramentum, absque obice suscep-
tum, gratiam significat. Potè con-
nexio ista esse potest vel metaphysica,
vel physica, vel moralis; quarum dif-
ferentia alibi disceris.

22. Quinto denum, in sig-
num per se, & signum per accidens.
Signum per se est, quod forma pollet
ex se idonea ad manifestandum, vt in
exemplis haec tenus adductis. Signum
per accidens dici potest, quod dum
cognoscitur, casu, & fortuine excitat
cognitionem alterius obiecti; vt si ad
conspicuum hominis, quem olim obi-
ter vidisti Roma, illiciò Roma tibi

f. L. 2. Q. ad Simplic. q. 3.

g. Virg. Georg. 1. h. 3. p. q. 60. ar. 3. C.

veniar in mentem. Sed super hac divisione forsan plura aliás.

CAP. II.

De quibusdam conditionibus, quas ad veram Signi rationem multi requirunt.

VT vera ratio Signi salvetur, triplex conditio desideratur passim à Thomistis. Prima: vt signum sit notius signato, quoad nos idest, vt sit medium cognoscendi à posteriori, sive tamquam effectus. Solent enim effectus esse notiores quoad nos, quanvis causa, utpote natura priores, dicantur notiores simpliciter, & secundum se, sive attentio ordine naturae. Secunda: vt signum sit imperfectius signato, saltem formaliter, & in esse obiecti; idest, vt signum, licet possit esse perfectius signato materialiter, & in esse rei, tamen quatenus formaliter signum est, sit ignobilis, & cognitionem terminet imperfectiorem ea, quae signato respondet. Tertia: vt inter signum, & Signatum detur essentialis, & specifica distinctio. Has igitur conditiones modo in exanten vocamus.

§. I.

De prima Conditione.

ASSERO 1: non omne Signum debet esse effectus rei significatae, proindeque nec debet esse medium cognoscendi à posteriori. Probatur: quia omnis causa per se est medium idoneum ad cognitionem sui effectus, tamen respectu mentis humanae, saltem coelitus illustratae, vel corpore solutae, tamen respectu intellectus Angelici, vt

nemo dubitat: ergo omnis causa potest esse Signum effectus; atque adeo multiplex Signum est medium cognoscendi à priori. Prob. Conseq: nam si causa medium est ita idoneum, de causa verificatur definitio Signi, tum nostra, tum quae Thomistis familiaris est, nempe, obiectum, quod potentia cognoscitive aliquid aliud à se representat. At id, de quo verificatur Signi definitio, Signum est, vt ignorat nemo.

3. Accedit, quod Sol non solum est causa, sed etiam Signum est temporum, eorumque varietatis, iuxta illud Genef. 1. Fiant luminaria in firmamento Celi, & sicut in Signa, & tempora, &c. idest, in signa temporum, vt exponunt Interpretes. Asonat Poeta, dum Canit:

Sol quoque, & exoriens, & cum te condet in undas,
Virg. 1. Signa dabit: solema certissima
Gergic. signa sequuntur,

Et quae manè refert, & quae
surgentibus Astris.
Et ite- Sol tibi Signa, dabit. Solema
rum: quis dicere falsum Audeat.

4. Doctrina ista firmatur auctoritate D. Thomæ q. 9. de veritate. 4. ad quintum, ubi sic loquitur: „Quamvis in naturalibus, quorum „effectus sunt nobis magis noti, quam „causa, Signum sit id, quod est „posterior in natura: tamen de ra- „tione Signi propriè accepta non est, „quod sit vel prius, vel posterior in „natura; sed solummodo quod sit „nobis præcognitum. Unde quando- „que accipimus effectus, vt Signa „causalium, vt pulsuum sanitatis: „quandoque vero causalas Signa effec- „tuum, sicut dispositiones corporum „coelestium Signa Imbrium, & plu- „virum.

5. Dices n. cur ergo vocatur

2. Philosophi demonstratio à Signo, illa, quæ est à posteriori, seu ab effectu, non vero sic appellatur, quæ est à priori, sive à causa? Resp. idcirco, quia effectus, præsertim sensibiles, quasi antonomastice dicuntur Signa; eo quod plerumque nostra cognitio ab eis incipit ut notioribus. Signum autem quasi antonomastice vocatur id, à quo incipit cognitio nostra. Hoc tamen non tollit, quod causa propriæ Signum sit respectu potentie, cui manifestat effectum, quavis non soleat vocari *Signum*, eò quod nomen *Causa* prævalet ut nobilius.

Dices 2: quid ergo sibi voluit D. Thomas 3. p. q. 62. art. 1. ad primum, dum ait: *Causa principalis non propriæ potest dici Signum effectus, licet occulti, etiam si ipsa sit sensibilia, manifesta: sed causa instrumentalis, si sit manifesta, potest dici Signum effectus occulti;* eo quod non solum est causa, sed quodammodo effectus, in quantum moveatur à principali agente? Resp: D. Thomas hic accipit Tò propriæ, prout distinguitur contra communiter, non vero contra metaphorice: quæ distinctio explicabitur infra. Ratio est: quia, vt aiebat ipse Doctor Angelicus loco nuper allegato ex q. 9. de verit. de ratione signi propriæ accepta non est, quod sit vel prius, vel posterius in natura: ergo, dum negat causæ principali, quod propriæ dicatur signum, & id concedit causæ instrumentalis, eo quod hæc præ illa sit quodammodo effectus (idest, posterior in natura), aliter accipit Tò propriæ, quam in cit. quæst. de verit. nam aliquin sibi contradiceret, redderetur que pro ratione id, quod non est de ratione signi propriæ accepta. Superest igitur, vt hic accipiat Tò propriæ, prout distinguitur contra communiter, Ita autem, prout distinguitur contra metaphorice.

Affero 2: Signum non debet ita esse *notius quoad nos*, vt debet esse sensu perceptibile: neque ita vt res significata nequeat in se ipsa immediate cognosci tanta facilitate, & claritate, quanta cognoscitur per signum, vel etiam, vt habitualiter, aut antecedenter sit ignotior. Prior pars inde constat, quod multa, vel apud Thomistas, reperiuntur signa spiritualia, atque adeo insensibilia. Posterior pars liquet, nisi fallor, manifestis exemplis. Nam cui, nisi cæco, ignotior est, aut difficillor cognitus, lux ipsa in se, quam nomen *Lux?* Quis nostrum facilius, aut clarius novit nomen *Panis*, quæ rem significat? Quisve puer non prius acquirit notitiam panis, ac lucis, quam nominum, quibus significantur? Id quod etiam in multis naturalibus signis verum est: v. g. in fumo, latratu, & vestigio humano, si comparentur cum igne, cane, & homine, quorum signa sunt naturalia. Fateor, signum non nunquam accipi pro indicio rei aliunde prorsus occultæ. Ceterum hæc acceptio pressilissima est, nec omne signum verè tale comprehendit.

Affero 3: signum etenim solum debet esse *notius quoad nos* (vel etiam quoad Angelos, si de Signis Angelicis sermo fit,) etenim debet esse *præcognitum* in ipso actu cognoscendi rem per signum. Assertio consonat D. Thomæ citato in Affert. 1. ac disertè docenti, de ratione signi propriæ accepta, esse solummodo quod sit nobis *præcognitum*. Est etiam per se clara: nam signum debet esse medium cognoscendi: medium autem, vi cuiuslius aliud cognoscitur (loquimur de medio instrumentalis,) vtique debet esse *præcognitum* prioritatem, vel reali, vel rationis, tunc cum munus exercet medij, siquidem ab eo cognito pro-

procedit intellectus ad cognitionem alterius obiecti. Quod vero non possit alio sensu intelligi, Signum esse notius signato, vel præcognitum, satis liquet ex proximè dictis in Aferst. præcedentibus.

Quoties ergo docent Autores, signum esse præcognitum, notius vè signato, nihil docent, quod non contineatur in ipsa signi definitione; ex eo enim, quod signum sit medium, planè sequitur, quod actus cognoscendi rem per signum, incipit à signo; & cum duo obiecta noscuntur, ita vt alterum vi alterius innoscatur, illud vocatur signum, à quo tunc incipit cognitionis quidquid sit; an obiectum signatum sit alijs præcognitum in se ipso, clarius, vel obscurius.

§. II.

De Secunda Conditione.

ASSERTIO vniqa: Signum non debet esse, abolutè imperfectius Signato, nec in esse rei, nec in esse obiecti. Prior pars extra dubium est: tum quia signa formalia, quibus intellectus noicit qualitates materiales, v. g. colores, perfectiora sunt rebus significatis: tum quia nomina *Peccatum*, *Nihil*, *Hirco-cervus*, longè præcellunt suis obiectis: tum quia causa, etiam principalis, & æquivoca, est signum effectus: tum alijs argumentis, facile cuique parandis. Posterior pars hinc etiam probatur: Signum in esse obiecti, nihil est aliud, quam signum in esse cognoscibilis: cognoscibilitas autem cuiusque rei, est ipsammet intrinseca perfectio ipsius. entitativa: unde tam perfectum est vnumquodque in esse cognoscibilis, quam in esse rei.

Repugnat ergo, quod signum debeat esse imperfectius Signato in esse cognoscibilis, si non est imperfectius, in esse rei.

Dices: non est sermo Thomistis de cognoscibilitate signi materialiter sumpti, seu quoad subiectum, sed tantum de cognoscibiliitate signi formaliter accepti, seu quoad formam. Contra: ne sic quidem debet signum esse imperfectius signatum quia in signo naturali forma est, connexio illius intrinseca cum signato, quæ connexio non est signato imperfectior in multis signis, v. g. in essentia, vel substantia respectu suorum proprietatum, & in causis univocis, aut æquivocis respectu suorum effectuum; cum in ipsa substantia, vel causæ perfectione reali consistat. Tum quia filius in humanis est signum, & 'imago' patris: forma autem, qua constituitur imago, est specifica naturæ similitudo, generationem connotans; in qua certè non minor, quam in patre, perfectio reperitur. Tum etiam quia quæcumque sit forma istorum signorum, *Nihil*, *carnicis*, *Ens rationis*, & similiū, nunquam poterit absolute, imperfectior esse, quam obiecta signata.

Sed objicies: imperfectior cognitionis respondet signo quæ tali, quam signato: ergo signum imperfectius est in esse obiecti. *Prob. Antec.*: cognitionis signi queritur propter cognitionem signati, estque via, medium, & dispositio ad ipsam; signum, quippe ex le, & ex primaria intentione instituitur, vt. per cognitionem eius in cognitionem signati deveniamus. At id, quod propter aliud queritur, tamquam via, medium, ac dispositio, imperfectius est: ergo, &c. Confirmabis ex M. Augustino L. de Magistr.

gistr. cap. 9., vbi contendit, res omnes potiores esse signis suis, eo nixus principio, quod scilicet Quidquid propter aliud est, vilius est, quam id propter quod est: ac deinde fuse conatur evincere, saltem cognitionem signi viliorum esse cognitione dei significata.

Art. 13. Resp. Neg. Antec., si de omni signo loquatur: quando enim Angelus cognoscit effectus in causis, cognitione ista, prout terminatur ad causas, non est imperfectior, quam prout terminatur ad effectus: & tamen, prout terminatur ad causas ut fecundas effectuum, est cognitione signi quia talis. Ad probationem: nego Maiprem generaliter intellectam: nam cum signum, praesertim naturale, soleat concurrere ut obiectum motivum ad cognitionem signati tamquam obiecti pure terminativi, potius cognitione signati queritur, aut est, propter cognitionem signi, Tunc propter denotante influxum motivi, vel causa efficientis. Nec cognitione signati debet esse propriè, & simpliciter finis, propter quem cognitione signi naturalis queratur, si nomine finis denotetur id, cuius gratia vnicce existit aliud. Si tamen lato sensu denotetur id, quod interventu alterius obtinetur per modum effectus ex consequenti resultantis, quem vocant finem effectum; sic dici poterit cognitione cause querari, vel esse, propter cognitionem effectus, qua ratione ipsamet causa propter effectum existit, & essentia propter proprietates; vocarique potest, eodem sensu late, viz, & dispositio, quin ideo ignobilior esse debat.

Art. 14. Rectè quoque vocabatur medium. Cæterum non omne medium, per se effectum cognoscendi, vilius est re per illud cognita. Alioqui, nec

Angelus proprietates cognosceret in essentia, & effectus in causis sine nec Beati creaturas viderent in Verbo, aut Essentia Divina, tamquam in medio. Sola igitur media, quæ non adhibentur, nisi aliquius finis assequendu gratia, debent esse viliora, non quidem absolute, sed in estimatione ventis, cui finis hic & nunc charior est medijs. Nec Augustinus contradicit. Nam in primis tantum loquitur ibi de signis ad placitum. Deinde *fa sum esse* concedit, *res omnes signis suis proponi oportere*; solumque intendit, ut signa vocalia dicantur ignobilia, non rebus significatis, sed cognitione ipsarum; quod vltro fatemur. Demum de cognitionibus ipsis inter se collatis nihil decernit. Si *qua cognitione* (inquit ad fin. cap.) cognitione preferenda sit, non hic facile est explicare: satis habeo quod effsum est, cognitionem rerum, que significantur, et si non cognitione signorum, ipsis tamen signis esse potiorum.

Art. 15. Quare ad mentem S. Doctoris dici potest, Signum ad placitum pro formali semper esse ignobilius cognitione signati: ipsam verò Signi cognitionem esse quoque viliorum cognitione signati, vel simpliciter, vel secundum quid. Simpliciter; quando signatum re ipsa nobilior est. Secundum quid; quando signatum est obiectum vilius, v. g. peccatum, vel chymera: tunc enim cognitione signati, quia vtilior est ad alia finem nobilissimum (nempè ad consummatam instructionem intellectus humani, resultantem ex cognitione omnium obiectuum), potest dici præstantior, non absolute, sed præcisè penes utilitatem propinquiore euilmodi fini. Hinc immotum perfstat illud principium: *Quidquid propter aliud est, vilius est, quam id propter quod est.* Nam

finis, cuius gratia imposta est vocibus significatio, non est cuiuscumque signati cognitione ratione sui, sed quæ inde resultat in intellectu consummatio instructionis, & perfectionis.

§. III. De tertia Conditione.

De tertia Conditione.

16. ASSERTIO. vñica sit

A inter Signum, & signatum non requiritur essentialis, & specifica distinctio. Prob. 1. exemplis. Nam filius est imago patris: ergo & Signum. Conseq. pater quia notissima Signi species est imago. Antec. extra dubium est, tum ex recepto more loquendi, tum ex Genes. 5. vbi diciter Adam genuisse filium ad imaginem, & similitudinem suam. At inter homines, patrem, & filium, nulla est specifica distinctio. Præterea, sepe contingit, vt instar pictæ imaginis exprimatur imago altera, ita similis, vt nequeat à præcedenti discerni, vel à périssimis, nec pluris una, quam altera astimetur. Tunc autem posterior imago est signum prioris, vt non insificantur adverbiæ, & tamen nulla apparet specifica distinctio, nec physica, nec moralis.

17. Secundo ratione, quæ simul prædictas omnes conditiones Thomisticas evertit. Seclusa, aut præcisus conditionibus hisse, salvatur definitio Signi, nominatim hæc, quæ Thomistis arridet, Obiectum, quod potentie cognoscitive aliud à se repræsentat: nam dum Angelus cognoscit effectum in causa, hæc vere est obiectum, quod aliud à se repræsentat, idest, intentionaliter præfens facit; & tamen deest illi prima, & secunda conditio; item, dum Seth repræsentabat Adamum, obiectum erat re-

præsentans aliud à se, & tamen de-
rat tertia conditio. Igitur absque talibus conditionibus Signum stare pos-
test: quæ madmodum ubicumque datur Animal rationale, datur homo, quæcumque conditiones aliunde definit. Dicunt: non sat est
repræsentare utrumque, nisi aliunde
detur subordinatio, vi cuius in esse
objeci Signum sit substitutum, signa-
tum vero proprietatis; eo fere modo,
quo Pro-tex in Provincia repræ-
sentat Régem. Contra: cur ergo sub-
ordinatio eiusmodi non ponitur in
definitione Signi? Contra iterum: gra-
tis fingitur subordinatio pro ratione
Signi. Datur quideri substitutio in
Signis ad placitum, præsertim voca-
libus, que pro conceptibus fabro-
gantur, & pro rebus supponuntur.
Caterum, nec omnis substitutio im-
portat subordinationem, vt patet, cum
in loca mortui Principis substitui-
tur alter: nec signa naturalia debent
aliter substitui, nisi quatenus supplere
vicem signati in ordine ad excitandam
signati ipsius cognitionem. Sic
autem supplere, nullam arguit sub-
ordinationem, aut imperfectionem
aliter, non posset Deus supplere
speciem impressam aliquius obiecti,
nec Beatis manifestare creaturas in
Verbo.

CAP. III.

Corollaria, & Dubiola quedam.

Ex dictis colliges 1. vñica simile posse alterius similis signum esse. Constat ex cap. præced. s. 3: Oppon. D. Thomas 3. p. q. 5. art. 1. ad 3. dicens: Si secundum omnia esset simili-
tudo, iam non esset Signum, sed ipse
res. Resp.: Loquitur Divina de simili-

tudine excludente diversitatem etiam numericam: hic enim sola est similitudo secundum omnia, qua cum identitate numerica recurrat, efficitque, ut quod ita est simile, sit ipsa res. At tamen similitudo specifica (de qua loquimur,) qualis v.g. datur inter Seth, & Adam, non ita est secundum omnia, ut Seth vere sit ipsa res, quam similat, scilicet ipse Adam. Ipsa quidem similitudo specifica vocari quoque solet *identitas*: ut non simpliciter, propriè, & actualiter, sed tantum cum addito diminuente *fundamentaliter*; quo sensu bene coheret cum alienate, & distinctione reali.

Colliges 2: posse duo sibi invicem signa esse. Pater in causa, & effectu, quæ se invicem significant: in idæ domi ab Architecto formata; nam & idæ domi, & domus idæ signum est: in conceptu vocabuli pronuntiandi, qui conceptus vocabulum significat, & a vocabulo significatur: & in alijs, quæ brevitatis causa prætermitto. Oppon.: D. Thomas in 4. dist. 8. q. 1. art. 2. ad 1. tantum admittit, idem esse signum, & signatum respectu divergorum, non respectu eiusdem. Resp.: D. Thomas insinuat quidem eo loci, relationes oppositas, v. g. patris, & filij, dari non posse in eodem, respectu eiusdem. At de Signo nihil docet, nisi quod *Signi potest esse signum in quantum est signatum*: nec decernit, sed vt futurum tacite permittit, denominaciones *Signi*, & *Signati* ita esse oppositas, vt non cohærent in eodem, respectu eiusdem. Evidem non plus oppositionis video in eo quod idem sit signum, & signatum, quam *representans*, & *representatum*; quæ tamen denominationes respectu eiusdem cohærent in eodem subiecto, vt ex D. Thoma patet statim.

a Rom. 1. 2.

3 Colliges 3., in Signo vero nullam imperfectionem involvi, proindeque citra absurdum posse Deo tribui manus significandi, sicut & representandi. Unde creature sunt signa Dei, iuxta illud Apostoli, *a Invisibilia ipsis à creatura mundi per ea, qua facta sunt, intellecta conspicuntur*. Deus item Signum est creaturarum, ut satis indicat D. Thomas, b. dum ait: *Causa representat effectum, & causas & secundum hoc Deus potest dici liber creature, & e converso*. Obiecerat sibi D. Thomas, quod creatura est Liber Dei, proindeque Deus nequit esse Liber creaturæ, quia idem respectu eiusdem non potest esse Liber, & cuius est Liber. Cui argumento non aliter respondet, quam verbis relatis: quibus pariter responderemus & nos argumento non absimili, contendenti, non posse idem Signum, & signatum esse respectu eiusdem.

4 Sed priusquam hinc abscedamus, dubitabis i., an species impressa dici debet Signum obiectum. Resp.: si talis species cognoscatur quidditative ab Angelo v. g., erit tunc Signum instrumentale sui obiecti; illud enim representabit, vt causam sui. At non est Signum respectu cogitationis, quam modò producit in nobis, & quæ non terminatur ad speciem ipsam, sed ad obiectum. Ratio: quia species, ita considerata, nec est Signum instrumentale, cum non prænoscatur; nec est Signum formale, quia iuxta veram Animisticæ doctrinam, species impressa non est formalis representatio obiecti. Dices: non nè illi convenit nostra definitio Signi? Minime: quia definitio nostra postulat, vt Signum interveniat inter potentiam cognoscitivam, & obiectum. Illa vero species non sic intervenit; sed b. q. 7. de verit. ar. 5. ad 6.

sed cum alijs comprincipijs comprehenditur nomine *Potentia*, quatenus proximè expedita ad cognoscendum.

5. Dubitabis 2., an potentia ipsa cognoscitiva Signum sit? Resp.: idem ferè, quod de specie numeri, iudicium esto. Respectu cognitionis, qua potentia ipsa quidditativer, aut comprehensivè resolutur, Signum est eorum actuum, quos continet ut causā. At respectu cognitionum, quibus ipsam fertur in alia obiecta, non est Signum: quia non est medium interveniens inter obiectum, & potentiam.

6. Dubitabis 3., an cognitione rei per Signum, sit discursiva? Responsio: loco accipe verba D. Thomæ q. 9. de verit. art. 4. ad 4. Signum, inquit, *proprie loquendo non potest dici aliquid, nisi ex quo deveniatur in cognitionem alterius quasi discurrendo: Et secundum hoc, Signum in Angelis non est.... Sed communiter possumus Signum dicere quacumque notum, in quo aliquid cognoscatur:.... Et sic Angelii cognoscunt res per signa, &c.* Vbi notandum ex Caietano, c. Tò proprie non semper accipi contrà metaphoram, sed aliquando contra communiter, vt in prælenti accipitur à D. Thoma. Quando autem sic accipitur, idem sonat, ac specialiter, & quasi antonomasticè: & optimè coharet, quod in hoc sensu non proprie dicatur aliquod nomen, & tamen dicatur citra metaphoram.

7. Sic nomen *Angelus*, cum absque metaphora conveniat omnibus supernis spiritibus, propriè dicitur de solis Angelis infimi ordinis. Nomen commune (inquit alibi D. Thomas d.) remanet infimo ordini quasi pro-

prium. Sic etiam apud Grammaticos omne vocabulum dicitur *Verbum*, & quidem *propriè*, idest, non metaphorice: & tamen *propriè*, idest, specialiter, sola vox coniugabilis per tempora, *Verbum* dicitur. Id ipsum probat Magn. Augustinus e de vocabulo *Nomen*.

8. Mens ergo D. Thomæ loc. cit. hæc est. Cognitio per Signum humanum, & sensibile (quod solum vocatur *Signum propriè*, idest, specialiter, & quasi antonomasticè, quia nobis est notius, & visitatus) fit quasi discurrendo; quia apud nos cognitione signi realiter præcedit cognitionem signati, & hæc ex illa resultat. Ceterum, si communiter, seu generaliter de Signo loquamur, cognitio per Signum non debet esse discursiva: nam Angelii cognoscunt res per signa sine reali discursu, quamvis etiam in cognitione Angelica, prout terminata ad figuratum, quædam subsecutio, & resultantia rationis considerari possit. En alia verba D. Thomæ, f. quibus hucusque dicta firmantur: *Angelii vivent causas in effectibus, et effectus in causis, non quasi discurrendo ex uno in aliud; sed sicut res videatur in sua imagine sine discursu.*

9. Dubitabis quarto, an proprie dicatur Signum, quod actu non significat? Resp.: vocatur *Signum in actu primo*, non tamen *Signum in actu secundo*. Ceterum, Signum esse in actu primo, sufficit, ut absolute, & impliciter Signum appelletur, nam hoc nomen ex communi usu non tam exercitium significandi, quam aptitudinem præfert; sicut hæc nomina, *Ratio*, *Intellectus*, *voluntas*. Hinc, qui suspirat, & gemit, etiam sine teste, dicitur edere signa doloris:

c. iii. 1. p. q. 33. a. 2. — d. 1. p. q. 108. a. 5. ad 1. — e. Lib. de Magistr. c. 5. —
f. q. 8. de verit. a. 15. ad 6. — g.

&c; quod extra dubium est, Eucharistia Sacramentum, quantumvis clausum, & occultum, verè est Sacramentum, proindeque verè Sigma, per quod Sacramenti definitio traditur. Hæc tamen intellige de Signo instrumentalis: nam formale, cuius in actuali representatione constitutus, essentiaiter est Signum in actu secundo, saltem si cognitio non sit qualitas absoluta.

Dubit. quinto, per quid formaliter constituitur Signum? Resp.: Universim constituitur per eam formam, aut quasi formam, qua redditur aptum manifestare obiectum aliquatius à se distinctum. Speciatim verè naturale Signum constituitur per ordinem trancendentalem, seu per intrinsecam conaexionem cum signato, in qua connexione involvitur ordo ad potentiam cognoscitivam, vel tamquam differentia partialis, vel tamquam genus. Illa autem connexionis est multiplex, & varia, variisque nixa titulis, pro varietate Signorum. Hæc in Summulis non oportet ex professo discutere. Ratio tamen nostra doctrina hæc est. Illa conaexione posita, vel intellecta, & præcisis omnibus alijs, verificatur Signi definitio, ut consideranti patebit: ergo & officia Signi salvantur.

Signum ex consuetudine constituitur per consuetudinem ipsam, quatenus aliquomodo conexum cum Signato. Ratio est eadem, quam pro naturali Signo indicavimus. Difserit verè Sigma ex consuetudine à Signo naturali, in eo quod subiectum illius nec secuna identificet, nec ab intrinseco exigat, saltem efficaciter, formam consuetudinis: quæ tamen identitas, aut exigentia respectu formæ propriæ connexionis reputatur in naturali Signo.

Supereft constitutio Signi ad placitum. Sed hæc in Signis vocalibus explicabitur cap. sequ. remissive. Alio quoque remittimus quæstiones alias, v.g. An ratio Signi propriè conveniat Signis Spiritualibus? An etiam formalibus? &c.

CAP. IV.

De Signo Vocali.

HUMANA quævis, & articulata vox, & le ipsam naturaliter manifestat audienti, & insuper naturale Signum est persoæ proferentis, nec non voluntatis, imaginationis, & conceptus vocis ipsius; quæ omnia vox humana tamquam sui causas præsupponit: qui quis enim volens loquitur, debet prænoscere vocem, quam proferre vult. Præter hæc, de quibus nulla quæstio in præsenti, reperitur in plerisque vocibus aliarum rerum significatio: nam vox *Leo* significat ferarum Principem, vox *Home* rationale animal, & sic ceteræ, quibus sermo constat humanus. De hac ergo significatione.

Quæritur primo: Atrum naturaliter conveniat vocibus? Sententia affirmans placuit olim quibuldam Philosophis. Primo: quia sermo homini naturalis est, sicut cani latratus. Secundo: quia Columba, Turtures, & aliae animantes, mutuas voces varia significantes naturaliter edunt, percipiuntque. Malè autem natura consuluerit homini, si quod bratus concessit, illi denegasset. Tertio: quia, ut Plinius a memorat, Attis filius Cræsi, ab ortu-mutus, atque adeò surdus, ut parvicidam coiceret, in hanc vocem erupit, Miles, ne occide Cræsum: cuius vocis significatum,

cum nunquam audierit, naturaliter percepit. Adde quod nomen ab Adamo impostum unicusque animali dicitur ab Scriptura Sacra, b. *Ipsum nomen eius scilicet naturale.*

Hoc tamen commentum est, cui repugnat experientia meridiana luce clarius. Primo enim, inde fieret, ut omnibus genibus esset vocum, idemque idioma; nam quod naturale est, omnibus est communne. Sic conceptus mentis ubique sunt iudicem. Sic bruta animantes eodem modo se se explicant ubique gentium. *Ad 4.* oppositum experimur. Secundo, sequeretur, omnes naturaliter percepturos vocum significatum; sicut omnes intelligunt significatum suspirii, & gemitus: quod item est evidenter fallum. Nec obstant argumenta contraria.

Ad 1. sermo est homini naturalis; non quia à natura determinetur significatio vocum; sed quia natura inclinat ad loquendum, & ea de causa instituendum idioma. Sic homini naturale est yestrum appetere, domique habitare; quin ideo vestis, domusve, definat esse opus artis. *Ad 2.* homo nonnullas etiam voces habet naturaliter significantes, vt suspiria, & gemitus. Et quanvis non tot habeat, quod bruta, non ideo illi male natura consuluit; dedit enim mentem, quam sermonem instituere posset. Sic, quamvis homo nascatur nudus, & inermis, non ideo deterioris est conditionis, quam Leo: accepit enim à natura mentem, & manus, queis vestes, & arma quereret.

Ad 3. si vera est historia, Attis non erat à nativitate surdus, sed voces illas ante audierat, atque didicerat. Potest enim contingere,

b Gen. f. 2. 19.—c in Cap. I. de Sign.

vt quis ab ortu surmutus, non ob lactionem nervi respondentis auditui, vt communiter accidit, sed ob aliquod linguae impedimentum, quod integrum relinquat auditum. Si quæras, quo idiomatico loqueretur homo, nullo humano commercio in sylvis educatus? Resp. nullo usum, prout experientia comprobatum est in india an. 1595, ut memorant Comibricenses. *Vnde* commentum est, quod vulgo dicitur, hominem facit tristum Hebraicæ locutum.

Ad 4. illa Scriptura verba significant, vel nomina ab Adamo imposta, esse eadem ipsa, quibus vtebantur Hebrei tempore Moysis; vel esse nomina, que iuxta linguam Hebraicam Adamo instituta, exprimebant naturales animalis cuiusque proprietates, ut si Loonis nominis derivaretur à fortitudine, aut canis à fidilitate. Forte etiam nomina illa quædam in sono ipso proportionem cum naturis animalium preferabant. Negari quippe non potest, aliquas esse voces, per Onomatopiam formatas, in quibus sonus ipse quodammodo res significatas imitantur, ut sunt timitus, baritus, coaxo, vepres, & aliae. Ceterum, & eadem ipsæ voces potuerunt rebus alijs aptari; & plerumque voces, quibus loquuntur, eiusmodi congruentia carent. Quid lenius vox Leo? Quid re significata ferocius?

Ad 5. Vocum ergo significatio ortum dicit ab arbitratu, seu libertate institutionis rationalis Agentis, ideoque dicitur significatio ad placitum, siue ex instituto. Sed quomodo, inquis, potuit incipere significatio ista, cum nullæ præcesserint voces significativæ, per quas primus Institutor menteam suam apparet potuerit? Resp. Primus idioma-

q. 4. art. 2.

B tum

tum Institutio fuit Deus ipse, qui & primis parentibus Hebraicæ Lingua notitiam addidit, & in Turri babel homines deinceps in Lingas septuaginta duas, dum eam habitus iubito institutis membris singulorum. Ex his autem matribus Linguis, quas homines deinde remota, derivatione, & accessione vocabulorum locupletarunt, cætera postmodum prognate sunt, sicut ex Latina prodierunt Italiæ, Hispanica, Gallica. Adeo quodam potuit Adamus mentem suam exprimere, tum quibusdam nutibus coniecturam facientibus, tum ipsa rerum demonstrationes, & deinde inventis hoc modo nonnullis vocabulis, eorum interventu nova cedere.

Confiturio Signi vocalis ad placitum.

8. Iam circa formam, qua vox constitutatur significativa ad placitum, varie sunt Auctorum sententiae, quas alibi examinabimus. Nunc facit sit dicere ex continuo Schola nostra sensu, eam formam consistere in extrinsecâ impositione, sive institutione, id est in voluntate Institutoris cuiusque lingue: qua voluntas, dum statuit, & audita voce *Es v.g.* intelligatur talis: fera, simili exercite, & formaliter constituit vocem significativam *in acte primo*. Idecirò interrogati, cur haec, aut illa vox ita significet respondent omnes, quia sic *voluerat priores*. Ratio doctrinalis est: quia præcisè intellecta ciusmodi institutione, saltem prout posteris nota, & accepta, intelligitur vox proximè habilis ad excitandam cognitionem rei: que excitatio cognitionis est significatio in acta secundo.

9. Dices: voluntas Institutorum modò non existit: quomodo ergo poterit nunc constituere signum vocalis? *Resp.* Non existit physicè; existit tamen moraliter, quatenus perseverat in effectu aliquo dere-

lictò, scilicet in memoria, & acceptatione posteriorum. Hæc autem existentia moralis sufficit ad effectum significandi. Sic voluntas Legislatoris, moraliter perseverans, obligat posteros. Sic voluntas Principis valorem moneta constituit, postquam physicè præteriit. Reliquas obiectiones aliè remittimus.

10. Nunc inferēs 1., signum vocale esse concretum quoddam, coalescens ex sensu vocis tamquam subiecto, & ex impositione extrinsecâ tamquam forma; per quam vox denominatur *proximè definita* ad significandum *in actu secundo*. Inferes 2., quare Philosophes dixeris, conceptus intentiæ eosdem esse apud omnes homines; voces vero non itera. Nimirum de utrisque loquitur, quatenus signa sunt. Et sensus est, quod ubique producantur conceptus nostris finibus in entitate, similes erunt pariter in significatu: quia in conceptibus realiter identificantur significatio, & entitas. At voces non eamdem ubique retinent significacionem, utpote fibi extrinsecam, & adventitiam: & quamvis possint apud varias gentes eundem, aut similem habere sonum, non idcirò eadem significabunt. Sic v. g. vox *Sus* apud Hebreos significat equum, apud Latinos porcum, apud Flandros silentium, apud Gallos idem quod *Eia*, vel *Euge*, apud Hispanos idem quod *sprà*. Ratio est: quia institutio, qua est forma idiomatis Hispanici v. g., aliubi gentium nō existit physicè, nec moraliter.

11. Inferes 3., quod de vocali signo diximus, intelligendum pariter de ceteris signis ad placitum: nempe omnia formaliter constitui per extrinsecam impositionem, seu deputationem ad manifestandum. Unde oritur vulgare discrimen inter sub-

sabiesta signorum naturalis, & ad placitum quod naturale, cum prima cognoscitur, saltem si perfectè penetratur, generare potest primam signati notitiam, vi connexionis ingenitæ ex se pertrahentis in cognitionem termini: subiectum vero signi ad placitum, præter cognitionem significationis, requirit aliquam rei significandæ notitiam aliunde habitam, ut deinde conduceat ad novas de eadem re cognitiones. V. g. ramus ante tabernacula positus, non tibi significabit vinum veniale, si penitus nescias, & quæ sit ramu destinatio, & quod genus rei sit vinum.

Inferes demum, voces, quæcunque ad placitum significantes, non tantum esse Signa rerum, verum etiam conceptuum, seu cognitionum de rebus iisdem. Quicumque enim scienter loquitur, necesse est praecipiat ea, quæ vocibus significata. Quæ-

re loquendo prebet indicia manifesta conceptuum huiuscmodi. Cum ipse voces (inquit M. August.) in sermone nostro earum, quas cogitamus, signa sine rerum; primitus Verbum, quod foris sonat, significum est verbi, quod intus latet. Id ipsum eum Philosopho docet D. Thomas. b. Est tamen difficultas, alibi ex profecto enodanda, utrum voces immediate, directe, & principaliter significant tam res, quam conceptus. An res medijs conceptibus, aut è converso? Sufficiat interim, ut indubitatem statuere, quod voces in propositione non nisi pro rebus accipiuntur, aut supponuntur. Ex. g. cum dicimus, Deus est Omnipotens, non est sensus, quod illa mentalis apprehensio Deus, sit hæc apprehensio Omnipotens (id enim absurdio falsum est); sed quod res significata per vocem Deus, sic res significata per vocem Omnipotens.

DISPUT. II.

De Nominis, Verbo, & Oratione.

Rogredimur à communi ratione Signi vocalis ad quasdam eius species, quæ rem. Dialecticam propriam attinent, explicandas. Ex sunt Nomen, Verbum, & Oratio: de quibus egit Aristoteles Lib. 1. Perihermenias, idest, de Interpretatione. Cum autem interpretatio vocibus potissimum fiat, voces sunt eorum materia librorum: non quia de vocibus præcipue curer Logica, quæ nihil nisi propter directionem intellectus molitur; sed quia voces notiores sunt, ac patentiores, per easque, velut mentis inter pretes, melius interni conceptus innescant. Quare definitiones Aristotelicæ in Libris Perihermenias de solis ferè vocibus loquuntur. Poterunt tamen conceptibus, aut etiam scriptis aptari, si loco vocis ad placitum significantis (quæ paxim pro Generi ponitur) substituantur *Signum*, aut *Significatum*.

L. 15. de Trinit. c. 10. fin. § 11. init. — b in 1. Periberm.

CAI PELLEGRINI ORATIONIS DE NOME. *De Nomine. Invenimus*

Nomen, generaliter acceptum, significat vocem articulatam, qua rem quamlibet nominamus; aut etiam significabile quodvis appellamus: quo sensu omniae Orationis partes complectuntur, ut optimè probat Magn. Augustinus, & ostendens quoque, *Nom' n.*, & *Verbum* se se invicem significare, & paniter excendi, quando scilicet *Verbum* generaliter etiam usurpatur, quantum significat (verba sunt Augustini) *enim* *quod cum aliqui significatu articulato voce prorsus*. At specialites acceptum Nomen, apud Grammaticos una est ex octo partibus orationis vulgo tritis, definiturque *vox declinabilis per casus*, vel, ut Brocensis, *vox participes numeri casualis cum genere*: quas definitiones explicare, ac tueri, Grammaticorum est.

Arיסטoteles b verò, non quodvis grammaticum nomen, sed illud tantummodo, quod reddit suppositum verbo (idest, quod cum adiuncto verbo sufficit ad enunciationem), vult apud Dialeticos *Nomen* appellari. Nec eo contentus, alias insuper adhibet conditiones, quas omnes comprehendit hac ad eius mentem compacta definitio: *vox significativa ad placitum, finita, ac sine tempore, cuius nulla pars significat separatis, quaque adiuncto Est, efficit plenam sententiam.* Priora verba excludunt voces, quae nihil ad placitum significant. Tō finita excludit vocabulum ex negatione, & nomine constitutum, quod Philosophus non vocat nomen simpliciter, sed *nomen infinitum*, ut *Non-homo*, *Non-leo*. Tō sine tempore discernit nomine à verbo, cuius est significare cum tempore, ut mox explicabitur.

Illud, cuius nolle pars significat separatis, postulat significativum simplex, sive incomplexum, idest, cui regulariter in mente respondeat conceptus unus, & simplex, non vero plures, saltem immediate. Unde à ratione nominis excluduntur 1. voces equivocæ, v. g. *Cantis*, *Gaulis* quia licet sonus ipse fecari nequeat in partes seorum significantes, significatio tamen, non una, sed multiplex est, diversisque conceptus immediate excitat. Quare ex ijs secubus vaquaque multiplex dici potest, saltem prius formaliter significativa. Excluduntur 2. qualibet significativa complexa, scilicet termini complexi, & omnes orationes postmodum explicandæ. Tertiò, non tantum Orationes formales, verum & virtuales, quas vocant *Minores*, illæ nimirum voces, quarum singulæ multis omnino equivalent in significando, v. g. *Nemo*, *Nihil*, quæ omnino equipollere tantuntur hisce, *Nullus homo*, *Nulla res*. Voces enim eiusmodi, partes habent separatim significantes virtualiter, aut equipollenter.

Denique postrema verba, *Quaque ad unicto Est, &c.* (quorum loco alij ponunt vocem *Redita*, vel *in recto*) denotant, nullum vocabulum esse nomen, nisi adiuncto verbo substantivo *Est*, efficiat plenam sententiam, idest integrum pronuntiarum, quod verum, aut falsum dici queat. Hinc à ratione nominis Dialetici deficiunt 1. adverbiz, coniunctiones, ceteraque partes Orationis à Grammaticis enumeratae, quibus conditio ita deest: 2. casus obliqui nominum, quos Philosophus signanter excludit: quia (inquit) *Ptolonis est, aut non est, non dum virum est, aut falso*. Hoc tamen intel-

Difp. II. Cap. II.

21

lige de obliquis significatione differentibus à recto, ut mox adnotabimus. 3. nomina adiectiva, ob eandem rationem, quæ militat in obliquis: quamvis enim dicatur v. g. *Albus est*, *calidus est*, nisi substantivum subaudiatur, nondum verum dicitur, aut falsum. Hæc Aristolicae definitionis expositiæ conformis est D. Themæ, & cæteris ferè interpretibus apud Conimbric. b

5 Unde Collig. 1., pronomina Grammatica apud Dialeticos esse nomina: quia ipsis undeque convenit definitio Nominis, ut cernitur in his pronuntiatis, *Ego sum*, *tu es*. Imò & apud Grammaticos peritores sunt *Prænomina*, seu *Prima nomina*, ut Broensis & optimè probat. Collig. 2., Verba infiniti modi, si cum suppositione formalis subjiciantur, nomina quoque censienda: v. g. cum dicitur, *Scire tuum nihil est*; imò eti dicatur, *Scire est*; quod perinde sonat, ac *Scientia est*. Ita sentit, & probat cum Prisciano Broensis. d Collig. 3., voces, nihil ex instituto significantes, ut *Blethri*, non esse nomina, licet cum verbo *Est* plenam sententiam efficiant: quia prima parte definitionis excluduntur. Dicuntur tamen habere *Vim nominis*; quia perinde reddunt verbo suppositum, ac si nomina essent. Idem dico de quovis vocabulo materialiter *accepto*, v. g. *Curo est verbum*, *Petrus est nomen*: ubi voces *Curo*, & *Petrus*, vim quidem nominis habet, sed prout sic accersi, non sunt propriæ nomina Dialetica: quia directè non exercent hic & nunc significationem ad placitum.

6 Objic.: hoc pronuntiatum, *Petrus est nomen*, verum est: ergo vox *Petrus*, prout inibi posita, nomen est.

^a Lett. q. in loc. cit. Arist. &c Min. L. I.

Cap. II.

Concess. Antec. neg. *Conseq.* quia proprius sensus illius pronuntiati non est, quod vox *Petrus*, prout inibi posita, sit proprie nomen: sed quod ex se aparta sit ad id munera exercendum, quotiescumque formalem suppositionem habeat. Sic vere dicimus, *Et*, *est coniunctio*; nec tamen *Et*, prout in hoc pronuntiato, munus coniunctionis exercet, cum nihil inibi coniungat.

7 Nam, si queras, in quo species Nomen dividatur ad vsum Dialeticæ? *Resp.*: in totidena, quo respondent Termino incomplexo, qui substantivus sit, Categorematicus, finitus, & non equivocus. Quare, adhibitis hisce limitationibus, easdem Termini partitiones, quas infra suo loco dabimus, v. g. in communem, & singularem, in Coacretum, & abstractum, & cæteras, Nominis pariter accommodare poteris.

CAP. II.

Aristoteles De finitis Nominiis defenditur.

1 **S**unt, quibus explicata hucus que definitio duplicit, & Grammaticorum definitio- ni post ponitur: quorum hic argumen- ta breviter solvenimus. Objic. i. Grammaticorum est tractare de Nomine: ab ipsis ergo, ut in sua Arte peritis discere debemus, quid sit Nomen. *Resp.*: ad Grammaticos attinet Nomen, prout conductit ad emendatam locutionem, quæ finis est Grammaticæ. Cæterum, prout confert ad fines aliarum disciplinarum, ad earumdem Auctores pertinet Nominis notio- nem restringere, vel ampliare, quatenus sibi expedire censuerint. Sic *Oratio*, aliter apud Grammaticos, aliter apud Rhetoras defini- tur, & longè aliter apud Ascetas. Sic *Genus*, Grammaticè dici-

B 3, tur

^b 6.2. - d Minerv. L. 1. 6.6.5 L. 1. 6. S. Reg. Got.

tur *Differentia nominis secundum lexum*; dialecticè, verò *Pradicabile de multis specie diversis*. Sic etiam iuxta Magn. Augustin., e *Aster* definitur *apud Grammaticos*, quid sit *Equivocum*, *aliud apud Dialeticos*.

Si queras, quid inter sit Dialetica restricta hæc definitio. Non minus. *Resp.*: ut certa formetur idea de illa Orationis parte, quæ sola sufficit ad enunciatum verum, aut falsum. Id circa Philosphus appellatio ne. *Nominis* solam intelligi volue primari, basim enunciationis, quam Grammatici vocant *Verbi suppositum*, & quæ per se se, etiam ab alijs sciuncta, sufficeret ad sustinendam, compleandamque verbi significacionem: à qua regula tantum exceptit nomina infinita, nec non voces nihil significantes, aut materialiter acceptas; quia vix quidquam veliratis conferunt ad acquisitionem scientiarum.

Obj. 2. etiam apud Dialeticos plura sunt nomina, quorum partes separate significant, v. g. *Ern-mur*, *Bona-venturæ*: quò pertinent quavis nomina composite figuræ, vt *Lucifer*, cuius partes, *Luci*, & *feri*, comparat. Augustinus si partibus deflecti vermiculi, ut quemadmodum haec separate vivant aliquando, sic illæ significacionis animatae dissociatae retineant. Nec refert, quod istorum nominum partes, aliud coniunctæ, aliud separatae significant. Nam in primis, utrumque videtur excludi tenore ipso definitionis. Deinde, ipsi nominibus, *Famul-i*, *Nobil-i*, *Vestigia-lera*, & alijs humiliandi, idem significat, & prior pars, dum sola profertur; ac dum coniuncta cum posteriore parte, seu cum postrema syllaba,

4. Accedit, quod sepe distinctionibus additur, vel detrahitur, invariato sensu, pars aliqua, per figuræ Prothesim, Aphoresim, Syncopam, Ependesim, &c. Denique, quorundam nominum utraque pars, idem omnia significat, sive profertur ut una dictio, sive ut duplex, ut liquet in hisce, *Cruci-fixus*, *Deiparatus*, *Legis-lator*, *Iuris-peritus*, *Ludi-magister*, *terre-motus*, & alijs.

5. *Resp.* Definitio. Non minus exigit quidem, ut nulla pars significet *separatim*: at non exigit, ut nulla significet *separata*. Hoc posterius indicat, singulas partes extra nominis structuram omni significatu carere, quod minimè intendimus. At illud prius duntaxat indicat, nullam partem, dum actu pars est, & in ipsa nominis structura manet, ita significare singulationem, ut ipsi respondat in solidum sua partialis significatio, sed potius omnes simul partes ad unicam, simplicemque significacionem concurrent, quin inter se munera significandi partiantur. Unitas autem significacionis desumitur ab unitate concepius, quem immedie vox excitat circa rem significatam. Perspicuum hoc erit in nomine *Hom*, cuius partibus, *ho*, & *mo*, non duplex significatio partialis, sed via ea responderet, utrique simul. Liquet etiam in nomine *Lucifer*, quod licet à vocibus, scorsum significantibus ortum ducat, totum tamen ad unicum conceptum certi syderis excitandum imponitur. Aliud quippe est, ut notat D. Thomas, g. id à quo imponitur nomen; aliud vero, ad quod significantum destinatur.

6. Dices: Aristoteles loc. cit., nomen definiens, ait. *Cuius pul-*

la pars separata significat, &c. Rsp.: Proponit quidem Philosophus sub ijs terminis definitionem ab alijs traditam: at non illam adoptat, prout jacet, sed potius multiformiam intelligat, ac refertingit toto cap. 2. Definitio enim, quam praesigit, nec excludit terminum infinitum, nec casus obliquos, nec adverbias que tamen omnia iuxta Philosophum excludenda sunt. In eo igitur, quod ipse notat statim circa nomen *Egaiserus*, satis innuit qualiter accipi debeat *To nulla pars separata*, ita intelligat ut intelligatur de parte actuali, que non significet *separatum* ab alijs, nec distractum excitet conceptum.

6.

7. Hinc evanescit obiectio. Nam haec v.g. partes, *Eras*, &c. *min*, licet significant *separare*, si tamen coeant in unum nomen *Erasmus*, non significant *separatum*, ita ut singule singulos conceptus excident, sed unicum, atque indivisum significatum habent cuiusdam hominis. Hoc etiam pacto intelligendum, quod de nomine, *Lucifer*, aiebat Magn. Augustinus: cuius pulchra de vermiculo similitudo non est paritas ab exceptione immunis, ut ipsem est ibidem indicat his verbis: *Qua autem subtillissime de hoc disparari possunt, ita ut non similitudinibus, que plerunque fallunt, sed rebus ipsis sati sat, ne in presentia expellent.*

8.

Nec impugnationes subiunctae nobis nocent. Non prima: quia definitio nostra sponte sua intelligitur de parte nominis actuali, que sola simpliciter pars est: quo sensu *To separatum* idem significat, ac *singulatum*, ut explicuimus. Non secunda: quia, licet vox *Famul* (idem esto de ceteris), dum sola profertur, idem significat, ac *Famulus*; quando ta-

men profertur ut huiuscem nominis pars, nullum conceptum excitat separatum, sed simul cum syllabâ *us*, ita ut variique parti indivisa respondeat significatio. Similiter, quod de figuris additur, probat ut *similem*, quod nomen, parte aliqua mutilum, possit in solidum habere significacionem, que alias toti collectioni partium competenter indivisim. Non aliter ac homo abscessu manu, retinet mutilo corpore totam animam, que ante manum sensu cum ceteris partibus informabat.

9.

Non denique, 3.: quia forsitan in ijs vocabulis non est merum nomen *Dialecticum*, sed complexum ex nomine, & syncategoremate. Sed fac esse nomina, & futurativa quidem. Utraque pars, prout uno inclusa vocabulo, non nisi unicum immediate conceptum excitabit. Qui enim audit v. t., *Crucifixus surrexit à mortuis*, ex nomine, *Crucifixus*, intelligit simplici conceptu Christianum D., prout affectum gloriosa crucis ignominia. Similiter ex reliquis nominibus unico actu concipitur forma aliqua dignitatis, aut muneris, prout in subiecto. Quod si ob istius formæ relationem ad aliam terminum, novus de tali termino conceptus resultare debeat, mediate resultabit, proindequo non obierit simplicitati nominis.

10.

Obijc. 3.: casibus obliquis, ut inter nomina competentur, plura argucenta faveant. Nam 1. obliquus idem significat, ac rectus; tandem quippe recta signat genitivus *homini*, ac nominativus *homo*. 2. sape fit enunciatio sine casu recto, v. g. *Poniter me peccati*; sed non fit enunciatio sine nomine (saltem dura abest suppositio materialis); tunc ergo ca-

B 4

sus obliquus est nomen; sive etiam per Antipossum, invariato sensu variatur casus, & obliquus pro recto ponitur, ut Joan. 14. Sermonem quem audistis, non est meus; aut rectus pro obliquo, Graeca phras, quam iudicio Brocensis expressit Ovidius: *Si tu genus Adrasti, seu furtis aptus Ulyss,*

Seu pius Aenat, tripuisse ferunt.

Quarto: non minus est verbum Logisticum *Amas*, quam *Amo*, quin obstet diversa terminatio. Linea item obliqua tam verè linea est, quam recta. 5.: nomen est, quo personas nominamus: at etiam per casus obliquos, v. g. per vocativum, nominamus Sanctos in Litanis.

11. *Resp. ad 1.* obliquus, & rectus, licet idem significant, plerumque tamen significant diversimode, seu cum habituine diversa, conceptum quoque diversum exigente; vt facile quisque experietur in his orationibus, *Cesaris amicus*, & *Cesar amicus*, aut in his enunciatis, *Equis est Cesaris*, & *Equis est Caesar*. Hæc autem diversitas efficit, vt obliquus nequeat esse basis enunciatio- nis, aut verbi suppositum: ac proinde, quoad præsens attinet, est diversitas es- sentialis. *Ad 2.* v. g. *Mai.*: nulla quippe enuntiatio sit absque recto, vel expre- so, vel subintelleto, vel imbibito in ipso verbo. Quod ultimum accidit in verbis, qua vocant impersonalia, ut *Ponit*, *Pudet*, *Teder*; quibus hæc imbi- buuntur nomina, *Ponititia*, *Pudor*, *Tedi- um*. Nam perinde sonat, v. g. *Ponit me*, ac *Ponititia habet me*, vel tenet me, & similesque, vel eosdem conceptus in- generat. Id ipsum observa pro im- personalibus passivis, ut *itur*, *Curritur*, quorum sensus est, iter fit, *Carfus fit*. Nisi mavis in ipsis omnibus subaudire infinitivum, vel nominativum ve- bogaanum: v. g. *Padere*, vel *Pudor puden-*

Verb. & Orat.

me; currere, vel curfus curritur; vt etiam in *Pugnatum est*, subaud. *pugnare*. Quia de docte, & curiosè differit Brocen- sis. 1

12. *Ad 3.*: variatio casus, aut phraseos, quæ nullatenus variat sensum, aut modum concipiendi rem significatam, non attendit à Dia- lecticā, quæ non tam sonum curat, quam significatum, nec vocibus variatur, nisi propter conceptus. Quicumque ergo casus recto æquivalat omnino, nec diversum conceptum in- generat, etiam penes modum, à Dia- leticis pro recto habetur, vt etiam rectus pro obliquo; quamvis forte Grammaticè communatio contingat. Hinc in exemplis adductis *To Seruo- nem* censetur nominativus, & *To Aeneas* accusativus, in sensu Dialec- tico, licet non in sensu Grammati- co.

13. *Ad 4.*: ratio verbi Logi- ci, explicanda capit seq: nihil libi vendicat speciale in prima per- sona p-æ secunda. Item ratio Li- neæ, prout sita in longitudine si- ne latitudine, non potius con- gruit recta, quam obliquæ. Si tamen quis Lineam definire vellet, præcise prout valent ad figuræ Rectilinearæ, abslibio rejiceret li- neam obliquam. Sic ergo, qui No- men definit, præcise prout utile ad redendum verbo suppositum, casus obliquos meritò rejicit. *Ad 5.*: id, quo nominamus, erit quidem nomen Grammaticum: at non continuo erit nomen Dialecticum, nisi insuper queat esse basis enunciatio- nis; quod non convenit vocati- vo.

14. Ut alia, quæ pro casibus obli- quis, & nominibus adjectivis objici posseant, præcludantur, notare oportet.

tet, in te praesenti nullam vocabulorum diversitatem de formalis habere, nisi quae provenit ex habilitate efficiendi cum verbo *Est* plenam sententiam. Unde, quantumvis alias inter se differentia Concretum, & Abstractum, Relativum, & Absolutum, & quaevis alia; si tamen in eiusmodi habilitate convenienter, ex aequo nomina sunt. Contraria, quia in ea differunt Substantivum, & Adiectivum, nec non Casus rectus, & obliquus, nomina ex aequo non sunt, quantumvis alias inter se convenient. Hinc, *Album*, substantivè sumptum, est nomen; secus, adiectivè acceptum. Videbis Conimbric. hoc loco. m.

15. *Objic. 4.*: vox est materia Nominis, seu pars materialis; sed pars non praedicitur de Toto: ergo Nomen inepte dicitur *Vox*. Sic iuxta Aristotelem n statua non bene dicitur esse Lignum. *Resp.*: de concreto accidentalí, præsertim artefacto, benè praedicitur pars materialis, o vtpote indistincta à subiecto, pro quo tale concretum supponitur. Ideo Regius Vates aiebat, *Simulachra gentium, argutum, & aurum*. Adde quod Nomen non dicitur *Vox* nude, sed *Vox significativa*; que dictio perinde sonat, ac significativum vocale, vel conflatum ex voce, & significazione. Sic statua Lignea recte dicitur *Lignum figuratum*. Aristoteles tantum renuit, vt statua ut sic, dicatur *Lignum*; cum possit esse ex aere, vel lapide.

16. *Objic. 5.*: in definitione redundat *Tō finiti*: nam terminus infinitus, v. g. *Non horo*, cum sit dictio complexa ex negatione, & nomine, satis excluditur per alia verba definitionis. *Resp.*: terminus infinitus non est dictio complexa in significando, cum illi respondeat simplex conceptus negationis concretae subiecto con-

fuse apprehensio. Accusatitur denique definitio nostra, quod per negationem tradita sit, vt pater ex illo, *Cultus nulla par*. *Sc. Rep.*: in definiendo vitari debet negatio si commode possit. At vitari commode non potest, quoties explicanda est simplicitas, & incomplexio rei.

17. Ad extremitatem: et si mentale Nomen plures regent, potest tamen citra incommodum admitti; vt non modo Nomen intellectuale dicatur notitia rei clara, & distincta, prout indicat illud Psalm., *p. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat*, verum etiam quilibet conceptus ultimus; qui basis esse queat propositionis mentalis. Ex qua proportione discernes pariter Nomen scriptum.

CAP. III.

De Verbo.

Verbum, prout à Nomine distinctum, à Grammaticis definitur, vox conjugabilis per tempora, vel, vox particeps numeri personalis cum tempore: à Dialecticis verò ex doctrina Aristotelis, a Vox significativa ad placitum, finita, ac cum tempore, cuius nulla pars significat separatim, & semper eorum, que de alio praedicantur, est nota. Prima pars expositione non eget. Finita, excludit ea, que Aristoteles vocat *Verba infinita*, ut *Non valet*, quando scilicet ex non, & valit fit viuum vocabulum, tacite assumpsit aliquid, cui sit annexa negatio valetudinis. Cum tempore, denotat, proprium esse Verbi ad significare tempus, quo res principaliter significata mensuratur: v. g. *Amat significat amorem, & ad significat tempus praesens*, vt mensuram amoris.

No-

Nomine temporis sic intelligitur quævis duratio, etiam instantanea, ut in verbis *Creat.*, *Cogitat.*, aut etiam aternavit in verbis *Exsistit*, *Vivit*, cum de Deo dicatur. *Cuius nulla pars* *Uc.*, *intelligendum* est, ut cap. *preced.* circa Nōmen. *Et semper* *tertium* *Uc.*, *indicat*, Verbum, si plene, ac formaliter accipiatur, semper esse notam, aut signum, quod aliquid de subiecto affirmetur, aut negetur; hoc enim est *predicari*.

² Plena significatio verbi tria comprehendit. Primum, ac principale, est *forma*, vel quasi *forma*, quam verbum distincte praesert, ut *Amo* praefert amorem, *Lego* Lectionem, & sic tatera. Hec autem forma significatur ut actuale quoddam exercitium, vel ut auctor in fieri, seu per modum actionis. Idque verum est, eti talis forma non sit in re *actio*, sed *pax*, imo quies, vel *carentia* *actionis*, ut in verbis *Parior*, *Sedeo*, *Cessio*; semper enim, vel *fessio*, aut *cessatio* ipsa, apprehenditur instantiam *actionis*, vel *exerciti*.

³ Secundum est tempus, quod significatur ut mensura illius actionis. Con significari ut mensuram actionis subiecti, actionem ex modo significandi sic adjudicari certe differentia temporis, ut intelligatur esse, fuisse, vel fore. Hinc, *Cœna*, *Prandium*, & similia, non sunt verba, sed Nomina; quia, licet connotent meridianum tempus, & vespertinum; nondum intelligere faciunt, *Cœnam*, aut *prandium*, esse, fore, vel fuisse. Item, *Dies*, *Annus*, *Tempus*, & huiusmodi, tempus quidem significant, sed non significant *cum tempore*: quæ phrasis apud Dialeticos sonat talem modum significandi, ut nemo iam expectet *Est*, *Fuit*, vel *Erit*. Demum nomina, *Posteri*, *Maiores*, adhuc rem exhibent cum indifferentia quadam, ut vere, vel falso adscribatur varijs temporo-

ribus; addito verbo de præsenti, prærito, aut futuro, cum, vel absque negatione. Quod si mavis, ut signi fecit *a.m* *tempore*, discernuntur à verbo, quia non significat *re in fieri*, vel potius quia postrema pars definitionis excluduntur.

⁴ Tertium est copula obiectiva, quæ vocatur etiam *coniunctio*, *compositio*, vel *uni* *prædicti* cum subiecto. Nam inter verbum *Amo*, & Nōmen *Amor* hoc est discrimen; quod verbum *præ nomine* significat, amorem in tempore exerceri, & in tempore convenire mihi, tamquam subiecto. Id autem, quod significatur alteri conveare, dicitur *Prædicatum*. Hac ergo obiectiva prædictati convenientia ali-
qui certo, ac designato subiecto, vocatur *Copula*, vel *Compositio* obiectiva; quæ etiam significatur à verbo, cui negotio præponitur, ut *non amo*; sic tameni, ut vi negationis excludatur.

⁵ Si queras, an tria haec significativa reperiatur in verbo substantivo *Est*? *Respo*. Si verbum *Est* ponatur sine adiuncto prædicato, ut *Petrus est* (quæ dicitur *propositio de secundo adiuvante*); idem valet *Est*, ac *Exsistit*, habentque debet pro verbo adiectivo. Si vero prædicatum aliud accedit, ut *Petrus est homo*; sunt qui verbum *Est* reputent purum syncategorema, quod meram significet copulam obiectivam cum tempore. Quæ sententia valde probabilis, & plana est.

⁶ Communis tamen sententia, quæ est Angel. Doctris, & satisque ad mentem Philosophi, concedit verbo substantivo in propositionibus de tertio adiuvante, aliud principale significatum; præter copulam cum tempore, videlicet actum esendi, sive entitatem in communi, quæ ab adiuncto prædicato determinetur, ut sit entitas substantia, vel accidentis, nec non actus exis-

existenter, vel essentia. Quare in propositione, *Petrus est homo*, non prædicatur *homo*, dum taxat, sed *est hominem*, ita ut *est* sit principale significatum verbi *est*. Nec obstat quod etiam in adjuncto prædicato involvatur entitas, vel actus essendi. Nam, ut repetitio non sit nugatoria, sufficit quod entitas, aliter a verbo, aliter a prædicato coniuncto, significetur.

7. Ex dictis hactenus inferes 1., verbum formaliter acceptum, semper se tenere ex parte prædicati, nonquam autem ex parte subiecti. Patet hoc ex ultima parte definitionis. *Obj. vere dicitur, Curre est verbum. Resp. tunc accipitur Curre*, non formaliter pro suo significato, sed materialiter pro voce ipsa in esse talis. *Sigr. 5. proindeque sumitur in vi nominis, vt loquitur D. Thomas c. Iaseres. 2.*, a ratione verbi Logici deficere multa verba Grammatica, seu verbi modos, nimirum imperativum, infinitivum, optativum, atque etiam participium, v.g. *Disputa, Disputare, utinam disputes, Disputans*. Ifforum enim quedam ex parte subiecti esse possunt, vt *Disputans loquitur, Disputare est uile*; & nullum efficit cum nomine orationem veram, aut falsam, si ne alio verbo, ac proinde non *semper est nota prædicationis*.

8. Sed quid de verbo præterito, aut futuri temporis, in modo indicativo? *Resp. Si præcisè spectetur vis efficiendi evanescere verum, aut falso, omnino proprie verbum est. Quia tamen hæc vis, quodammodo oritur a verbo de præsenti, atque in illud resolutur (ideo enim d. vere dicitur, *Adiuimus fuit*, vel *Antichristus erit*, quia aliquando potuit, vel poterit vere dici, *Adiuimus est*, *Antichristus est*)*; icturco verba de præterito, auct-

futuro, vocat Philosophus non verba, sed *cajus verbi*, quasi aliquando cadant à proprietate verbi de presenti. Ude quodam in eis est analogia attributionis. Nec particula definitionis, *cum tempore*, convenit ipsi omnino proprie: quia præteritum, aut futurum, non est tempus simpliciter, sed fuit, aut erit. Ad ylum tamen Dialectica simpliciter pro verbis habentur.

9. Inferes 3., verbum extra enunciationem non esse propriæ, ac plenè verbum, v.g. *cum per se proferatur verbum, valeat seorsum a subiecto*. Ratio est: quia ad plenum verbi significatum pertinet *compositionis*, seu *copulae* obiectiva: hæc autem inter non potest, proindeque nec significari, sine extremis, ut liqueat ex natura ipsa nexus. Unde, ut significetur, requirit appositionem subiecti, velut conditio sine qua non. Verbum, inquit Aristoteles, significat quandam compositionem, quam sine compositione non est intelligere. Quò etiam spectat illud eiusdem Philosophi, si ipsa verba, cum per se dicuntur, nomina sunt: id est, non plenè obiectum munus verbi, cuius est compositionem significare; quia tamen aliquid significant, vocari possunt nomina, prout nomen generaliter dicitur quævis dictio significans. g.

10. Dices: verbum solitare prolatum, quamvis non significet compositionem cum determinato subiecto, bene tamen cum subiecto indeterminato: nam verbum *v. est* est connotativum, & ita significat valetudinem, ut connotet subiectum aliquod, cui valetudo conveniat; non aliter ac *Abum*, connotat subiectum albedinis, et si in determinatu. *Cura*: ergo vox *valer* erit integra propositio. Sequela: apud omnes falsa, & absurdula patet: quia, si vox illa

illa cognoscat subiectum, sicutem indeterminatum, intelligere faciet totum hoc. *Aliquid subiectum valet*, quia contra dubium integra propositio est: non aliter ac vox *Valeo* est enunciatio integræ, quia idem intelligere nos facit, ac *Ego valeo*. Itaque, *Valeo*, seorsim prolatum, non importat connotationem subiecti, nisi ut summum imperfectam, & incheatam, aut radicalem, quæ magis sit connotationis debitum, quam connotatio. Tunc autem evadit plenè connotativum, cum in consertio subiecti profertur, & enunciatione constituit. Nec miru, aut novu est, quod significatio ad placitum ex aliaru confortio vocu aliquatenus varierit, vel augeneretur.

CAP. IV.

Duplex obiectio dissolvitur.

Definitio Verbi multis impetratur argumentis: quorum pleraque, cura eadern finit, que Nominis definitionem oppugnant, soluta manent cap. 2. Alia præoccupavimus cap. præc. Nibilo minus obiec. 1. frustra ponitur in definitione *Totum finita*. Tum quia nullum est verbum infinitum, sive infinitatum; siquidem, ut ex D. Thoma a communiter admonent Dialectici, negatio præposita verbo negat copulam, & propositionem efficit negativam: quies ergo dicitur v.g. *Petrus non valet*, propositio fit mere negativa, non vero affirmativa de verbo infinito. Tum quia, si daretar verbum infinitum, propriæ esset verbum; si enim nominis *Petrus* addas *No*-*valet*, quantumvis infinitum, plenam efficies enunciationem. At enuntiatio nulla fit sine verbo.

2. Pro solutione scito, quid sit infinitari verbum. Passim dicitur, tu verbum infinitari, cum negatio præposita non removet copulam, sed principale significationem verbi. Hoc tamen ambiguum,

a in 2. *Periberm. Lett. I.*

aut falsum est. Nam qui dicit, *Petrus non valet*, si removet valetudinem, sen prædicatura *Valeo*, removet necesse est copulam, sive unionem eius cum Petro, quandoquidem remoto quolibet extremitum stare nequit uno truisque. Addo quod propositio affirms copulam subiecti cum prædicato, quod simil negat, semper falsa erit, & implicans. Tunc igitur infinitatur verbum *Non valet* (idem senti de ceteris,) quando loquens non pure negat valetudinem, sed simili intendit affirmare consensum aliquod prædicatum, cui sit annexa negatio valetudinis. Unde, si vox illa idem significet, ac *Est non-valens*; infinitatur verbum; sed autem idem, ac *Non est valens*, negatur. Quod vero haec significationis valentia in voces eiusdem rationi cadere possit, ex vñ, & intentione loquentium, non est dubium.

3. Iam obiectionis vtraque ratio facile corruit. *Ad 1.* Aristotelis tempore usitatum erat Verbum infinitum: nunc autem vix unquam in locutionem venit; proindeque iure traditur ut regula generalis, quod negatio præposita verbo enunciationem efficit negativam. Ponitur tamen in definitione *Totum finita*, cum ut mos geratur Aristoteles, tu ut præsidio sit, si forsitan usus antiquatus reviviscat. Dixi *vix unquam*: quia fortassis aliquando infinitatur Verbum. Si enim interroganti, quid agit amicus?, speciali vocis tono respondeas, *Certe non dormit*, non tam efficiens propositionem negativam, quam affirmativam de verbo infinito. In ijs quippe circumstantijs hic videtur esse responsionis sensus, *Amicus aliquid agit, quod non est dormire*, vel, *aliter se habet*, quam si dormiret.

4. *Ad 2.* sunt qui negent, infinitari posse Verbum intra enunciationem. Sed vero, cum Aristoteles b doceat tale Verbum prædicari de eo, quod est, & de

b *I. Periberm. Lett. 3.*

103

eo ; quod non est (vnde traxit appellationem *infiniti*) , planè agnoscit, illud in actuali prædicatione reperiri. Nec D. Thomas & contrarius est , et si videatur: solum quippe doceat, Verbum, cui negatio additur in enunciatione, non irritari, sed negari, quia accipitur in simpliciore intellectu , prout est magis in promptu . Non igitur omne Verbum , quod cum nomine sufficit ad enuntiationem , est omnino proprium Verbum Logicum , licet sit Verbum in sensu Grammatico, atque etiam Logico minus proprio. Uoluit enim Philosophus ea rejicare Verba Grammatica, quæ propter significatum confusum, & vagum, indifferensque ad entia, & non entia, parum, aut nihil iuvant ad acquisitionem scientiarū. Quia tamen eiusmodi Verba in desuetudine abierunt, iam modè non sit enuntiatio sine Verbo Logico.

5. Objic. 2. Definitio Verbi penes illud , Cuius nulla pars , &c. , fuit in Verbis adiectivis. Prob.: Verbum Currit v.g. non est dictio in significando simplex , sed complexa ; æquivalit enim his vocibus , Est currens , in quibus significatio abs dubio complexa est. Resp.: Verbum Currit æquivalit vocibus Est currens , quoad rem significatam , & in ordine ad mutuam consequentiam ; non tamen quoad medium significandi. Nam ex ijs vocibus clarissim , ac distinctius concipitur duobus conceptibus illud obiectum, quod ex Verbo Currit intelligitur conceptu simplici, & confuso. Sic vox homo simplex est , quanvis æquivalat complexo vocum Animal rationale.

6. Objic. 3. contra particulam, Cum tempore. Propositiones de materia necessaria , quas vocant aeterna veritatis , v. g. Homo est animal , constant Verbo Logico , &

tamen non significant rem tempore : ergo , &c. Patet. Minor : quia potius eiusmodi propositiones dicuntur absorti à tempore. Resp. neg. Min. ; quia obstat probatio. Nam , cum dicuntur eas propositiones absolvī à tempore , sermo est , non de omni tempore , sed de hoc præ illo , ita ut eorum verificatio permittat quidem, sed non exigat existentiam obiecti exercitam in tempore praesenti , praeterito , aut futuro , cum ex sufficiat existentia extremitum tempore possibili , signata , & obiectiva.

7. Quo circā propositione Homo est animal non significat fine tempore , sed omnes potius differentias temporis importat sub disjunctione virtualiter hypothetica : sic enim resolvitur , Homo , in quocumque tempore fit , essentialiter est animal ; vel sic , Ad rationem hominis , in quocumque statu concipiatur , pertinet animal . Hinc propositiones isti modo vocantur aeternæ , sive perpetuae veritatis ; quia ad quocumque tempus referantur , veræ sunt. Quod pertinet dictum à Magno Augustino d. probatum ; Septem , Et tria , dicit enim , Et non solum nunc , sed etiam semper .

CAP. V.

De Oratione.

8. Ratio , quæ Grammatici est quævis ordinata locutio , Rethorica ornata etiam elocutio ad persuadendum idonea , vt Oratio Tullij pro Milones Dialecticis sonat significativum complexum ex conceptibus , aut vocibus , prolatis , aut scriptis , non quidem in unam dictiōnē coeuntibus , sed tamen inter se coordinatis ad aliquid significandum. Quo sensu definitur ab Aristotele , a Vox significativa ad placitum , cuius partium aliqua significat separata.

rationis. Hec definitio; ut conveniat orationi mentali, reformanda est iuxta monitiunculam in Disputationis lumine premissam. Prior definitionis pars explicat convenientiam Orationis cum Nominis, & Verbo; posterior differentiam ab ipsis, & à quovis significativo incomplexo.

3. Dicitur autem *Vox* in singulari, ad indicandam unitatem, quam medio nexo grammaticalibus habere debent voces, ex quibus oratio componitur ex vocibus enim dissociatis, v. g. *Caelum, Homo, Lux,* nulla sit Oratio. Opus est ergo quadam habitudine, seu ordine grammatico, qualis cernitur in his Orationibus, *Homo doctus, Sol lucet, Dum videns, Rex Hispanie.* At hac unitas talis esse debet, ut tamen unaquaque vox, dum actu constituit orationem, suum excitet conceptum, suum ve significatum habeat distinctum à significatu alterius, ut indicat *Tò separatis, iuxta dicta in superioribus.*

4. Differt porro Oratio à termino complexo: cum quia latius patet, siquidem extenditur ad orationes perfectas, & syllogismos, qui non sunt termini complexi, nisi forsan materialiter accipientur: tum quia de essentia Orationis actualis actio est actu constituere enuntiationem; quod tamen est de essentia cuiusvis termini in actu secundo.

4. Addidit Aristoteles continuo post definitionem, *ut dicio, non ut affirmatio, vel negatio.* Quæ verba calumniantur aliqui, eo quod multarum orationum pars aliqua significer ut affirmatio, vel negatio, ut in hac hypothetica, *Si Sol luce, dies.* Sed dicendum, ea verba in primis non addi definitionis gratia,

b. D.Thom. his lat. 6.

sed maioris explicacionis: &c deinde b. non ijs denotari, quod nullus orationis pars possit esse affirmatio, sed quod oratio ex conceptu suo communis non postulet partem, quæ affirmatio sit (quamvis eam permittat), postulet tamen necessario partem, quæ significet ut dictio.

5. Sed cur, inquis, in definitione ponitur *partium aliqua*, & non omnes? *Resps.*: quia sermo est de significatione ad placitum, quæ non necessariò reperitur in omni parte Orationis, ut certatur in ista, *Bitteri fons;* causis prior pars, licet suam singillatim conceptum excitet de se ipsa, atque adeo quodammodo significet, non tamen ad placitum. Ponitur etiam, teste D. Thoma, & propter syncategorematum, ex quibus quandoque constat Oratio, v. g. *Quidam homo;* ea quippe non dicuntur absolute, ac plenè significare, sed tantum configurari, eo quod conceptum excitant, quodammodo pendentem à conceptu, & significatione partis alterius.

6. Quæ definitionem hactenus explicatam oppugnare possent, soluta sunt, vel præoccupata, vbi de Nominis, & Verbo. Adhuc tamen *objc.*: ha voces, *Nemo, Nihil, Evidem*, non habent partes separatis significantes: & tamen vim habent Orationis, vt pote significativa complexa, quæ his omnino æquivalent, *Nullus homo, Nulla res, Ego quidem. Confirm.*: potuit idiomia institui ita Laconicum, ut unaquavis vox idem significaret, quod modò significant due, vel tres: omnes igitur illæ voces reipsa forent orationes, quamvis earum pars nulla significaret separatim.

c Ibid.

Resps.

Resps. eiusmodi voces, licet Grammaticè simplices, Logicè samen dicuntur complexæ; quia sensu, vel significatu, quem vnicè Logicus attendit, complexioam habent, duos in mente conceptus imprimentem. Quare inter Orationes Logicas computantur, tametsi *Minores* vocentur ad discrimen earum, quas *Maiores* vocant, eo quod ex multis vocibus inter se coordinatis constituantur. Itaque definitio Philosophi intelligenda est de partibus, non tamen materia, quam forma, id est, non tamen soni vocalis, quam significationis, & efficacia conceptus excitandi. Sicut enim non censemur Orationes Logicas, *Marcus Tullius*, & alia complexa ex vocibus synonymis, quia licet sono complexa, sensu tamen simplicia sunt: sic ab opposito discurrendum in casu nostro. Vel dicto cum alijs, voces eiusmodi non esse Orationes formaliter, sed virtualiter solum, aut æquivalenter. Ad confirmationem easdem solutiones adhibe.

Resps. Monleo tamen, vocem Nemo, non ideo præcise complexam dici, quia æquivallet complexo *vulnus hominis*; sed quia æquivallet ut vox synonyma, id est, ut vox excitans conceptus omni modo similes tamen in obiecto, quam in modo representan-

di. Unde nomen *Homo*, licet recte exponatur per *Animal rationale*, simplex est: hic enim synonymia deest; nec utrique respondent idem, aut opinio similis conceptus; alteri quippe responderet vnicus, alteri duplex (salem regulariter), similis quidem in obiecto, sed dissimiles in modo repræsentandi, ea scilicet diversitate, quæ inter definitum, & definitionem reperitur.

Iam Oratio dividitur in imperfectam, & perfectam. Imperfetta dicitur, quæ sensum habet imperfectum, & quasi suspensum, ut istæ, *Sic vos non vobis, Ille ego qui quondam, gratum opis agricallis*. Perfecta dicitur, quæ sensum reddit perfectum. Et hæc subdividitur in interrogativam, imperativam, vocativam, Deprecativam, Optativam, & Enunciativam. De ceteris, præter ultimam, Logica non curat: si quando enarrationibus in disputando viciunt, id agit, ut enarrationem elicit. *Orationes* igitur ceteræ ostenduntur (inquit Aristoteles d): ad Oratoriam enim artem, aut Poësim illarum magis consideratio pertinet: Enunciatio vero præsens est propria compositionis. Sed prius Modum scientiæ celebrem, ac prænobilem *Orationis* speciem, exponamus.

D I S P U T A T I O III.

De Modo Sciendi.

Quidquid medium est ad scientias acquireendas utile, vocari potest Modus sciendi. Vnde & Logica ipsa, quia generale quoddam instrumentum est ad alias scientias comparandas, ab Aristotele quandoque *Modus Scientiarum* dicitur. C. cap. 4.

di nūncupatur. Ceterum in præsentia presius accipitur, nimirum prout significat artefacta quædam mentalia, sive etiam vocalia, quorum fructus & potissimum incubit Dialectica, & quorū gratia maxime regulas tradit. Nec tamen *To Sciendi* strictissimè sumitur, quatenus sonat cognitionem scientificam, sola demonstratione parabilem; sed quatenus significat distinctam, ac reconditam notitiam naturæ, & proprietatum cuiusque rei.

CAP. I.

Definitur ac Dividitur Modus
Sciendi.

Hoc itaque sensu Modus Sciendi communiter definitur *Oratio ignoti manifestativa*. Verum hæc definitio, vt iacet, videtur incongrua, nec soli definito conveniens. Tum quia non omnis Oratio vocalis, aut scripta, est Modus sciendi: & tamen omnis manifestat ignotum aliquid, sicutem conceptum latenter. Tum quia narratio quævis facti, vel eventus cuiuscumque nobis ignoti, foret Modus Sciendi: vnde nihil primò discereremus à venientibus ex America v. g., nisi per modos sciendi; quod nemo dixerit. Quam obrem Modus Sciendi ad mentem Dialecticorum aptius definiti potest, *Oratio Dialectica artificiose declarans id, quod simplici rei nomine confusa significatur*.

Hæc definitio rejicit in primis *Orationes non Dialecticas* (vt sunt Optativa, interrogativa &c.), aut consideratas sub artificio non specante ad Dialecticam, sed ad alias Artes, v. g. Poësim, aut Rhetoricem. Deinde adverbium *Artificiose* rejicit eas, de quibus Dialectica tractat, non vt earum artificium approbet, sed vt via reprobet. Postremò non omnis Oratio utcumque artificiose comprehendatur, sed ea tantum, quæ declarat rei essentiam, vel partes, aut species, vel etiam intimas proprietates: hæc

enim omnia confusè significantur vulgari, aut simplici nomine cuiusque rei.

Hinc merito designant Dialectici omnes, tamquam tres species Modi sciendi præcipuas, Definitionem, Divisionem, & Argumentationem. Nam prima detegit rei essentiam, secunda partes, aut species, tercias discurrendo explorat, quid cuique rei propriè conveniat. Communis Dialecticorum sententia est, præter istas non aliam speciem Modi Sciendi superesse. Sed quidam superaddunt Propositionem, sicutem quæ de subiecto prædicatum aliquod essentiale detegit, & affirmat. v. g. *Homo est vivens, Angelus est spiritualis, Deus est essentia litter unus*: nam huiuscmodi propositionibus omnino convenient definitio, præsertim vulgaris, Modi Sciendi. Quæstio est parvi momenti. Utrumlibet dicatur, Logica non minus accurate de Propositione, quam de cæteris, tractabit inferius.

A Annubarant alij Methodum; quæ generaliter est via brevis, & expedita; & in re Philosophica est ordin cognitionis, doctrinæque, ad inventiendam, & explicandam veritatem. Sed vero Modus Sciendi, licet generali ratione comprehendat Methodum, non tamen strictè acceptus, prout in præsenti; nisi forte quatenus Methodus texitur definitione, divisione, & argumentatione. Methodus autem (vt hoc obiter noveris), quæ propriè spectat institutum nostrum, est duplex. Altera *Synthetica*, idest, *compositionis*, quæ procedit à partibus ad Totum, à sim-

simplicibus ad composita , ab universali bus ad particularia , à causis ad effectus . Hanc modo servamus si Summulis dum à signo in communis pro gredimus ad vocale , hinc ad Nomen , Verbum . Secum ad enunciacionem , & de mutu ad argumentationem , & syllogismū . Altera Analytica , id est , resolutionis , quae procedit inverso or dine , videlicet à Toto ad partes , &c . Hanc servat Logicus , dum syllogis tum in propositiones , & has resolvit in terminos . Sed de his satis . Nunc ad notissimas Modi sciendi species acce damus .

CAP. II. De Definitione .
Definitionis nomine venit , oratio , qua Dialectice respondetur interroganti , Quid est res ? Dicitur Definitio (inquit Damascenus) seu à metaphora finium , seu termini positionum terre : quemadmodum enim finis , seu termini positio , separat proprium uniuscuiusque , sic et definitio , seu terminus , naturam uniuscuiusque separat ab alterius natura . Hac etiam de causa , à nonnullis veterum Finitio , & sēpe ab Aristotele Terminus appellatur : quamquam huius appellationis alias ipse causam reddit . Methaph . c . 17 ; quia scilicet cognitio rei , ab effectis , & accidentibus incipiens , tandem in essentia rei per definitionem explicata , velut in termino sicut .

Est igitur Definition ex Aristotele varijs in locis , a Oratio explicans essentiam rei . Dicitur Oratio , quia cum Definition evolvat , ac proprijs notionibus designet partes , seu prædicata rei , debet

esse significativum Complexum . Us de simplex vocabulum clarus altero , sicut à Philosopho . Topic . 4 . ad definitionem revogetur , proprie tamen definitio non est . Dicitur Explicans , id est , detegens id , quod vulgari rei nomine quasi testum est , aut confusè significatum . Ac denique detectio ista debet esse Essentia , id est , natura , seu quidditatis ; quibus nominibus intelligitur complexum ex partibus , seu prædicatis præcipuis cuiusque rei ; quorum ostensione patet , quatenus illa conveniat , & quatenus differat ab rebus ceteris . Illud vero prædicatum , in quo res definita convenit cum alijs , vocatur Genus ; illud autem , in quo differt , sive discernuntur ab ceteris omnibus , dicitur Differentia . Sic exposita . Definitionis definitio approbatur contra inter Dialecticis : consonaque Cicero 2 . de definib . parum à principio , cum ait : Pates factio quasi rerum operarum , cum , quid quidque sit . Aperitur , definitio est in quibus modis . Et Definition alia est Nominis , alia Rei : vel , ut Schola loquitur , alia quid nominis , alia quid rei . Accipitur nunc res pro significato nominis : alias enim nomen ipsum res quedam est . Definition Nominis : quod bene latè sumitur pro quavis dictione . Et expositor vocabuli : que fieri potest trifariam , ita scilicet ut exponatur vel articulatio , vel significatio , vel etymologia . Exemplum esto triplex . hac definiſtio vocabuli Caesaris . Per litteras scilicet syllabis , ac litteris constant . Cogomus significans quemdam Romanorū ducem , ac Dictatoris . Vocabulū à cæso matris tertio deductum .

Definition rei est , quæ aperit quid sit res significata .

C per

per nomen *wg*, haec oratio *animal rationale*, quæ est definitio rei significata per nomen *Homo*. Subdividetur in *Essentialem*, & *Descriptivam*; quæ partitio, non *vniuocata*, sed *analogica* censetur. *Essentialis* est, quæ immediate explicat essentiam rei. Et hec rursus subdividitur in *physicam*, & *metaphysicam*: quarum prior essentiam rei explicat, exhibendo partes eius *physicas*, id est, realiter distinctas; ut cum homo definitur, *Compositum ex corpore, & anima rationali*: posterior essentiam declarat, exhibendo partes *metaphysicas*, id est, *prædicta*, quæ realiter identificantur, & sola ratione distinguuntur; ut si hominem definias, *Animal rationale*. *Definitio essentialis* maximè propria est, quia immediate detegit, ac nominat *intima constitutiva* quidditatis: ut proinde illam respicit potissimum, quidquid doctrinæ, & regularum tradetur inferius.

Descriptio, seu *Definitio descriptiva*, si quæ rei essentiam explicat media è. Explicare mediate, est exhibere externa quædam; aut interna quidem, sed non *essentialia*, quæ tamen propter naturalem sui connexionem cum essentia, ad eam penitus cognoscendam manuducunt. Dicitur *Descriptio*, quia non perfecte exprimit essentiam, sed primis quasi linearientis adumbrat. Porro, si ad montem Aristotelis exactè fabricetur, primum constare debet *Genesie proximo*, ac deinde loco differentiæ *essentialis* addere *Proprium* quarto modo. Sed nihilominus *Descriptio* vocatur, quacumque Oratio certis quibusdam notis rem depingit: cuius generis exempla crebra repertis apud *Oratores*, ac *Poetas*; ut cum de *Cicenia* *Virgilius* ait, *Candida*

venit avis, longis invisa colubris.
6 Ad usum *Dialecticæ* quatuor *Descriptionis species* distingui possunt. Prima, quæ rem explicat per causas extrinsecas, diciturque *Definitio causalis*. Causa autem ad definiendum *utile*, est, vel *efficiens*, vel *exemplaris*, vel *finalis*: quas omnes exhibet hec *Animæ rationalis* definitio: *Forma à Deo creata, ad Divinam similitudinem facta*, & ad eternam beatitudinem destinata. Secunda, quæ rem explicat per proprietates quarto modo, easque, vel *physicas*, ut cum ignis definitur, *Elementum in summo calidum*; vel *metaphysicas*, ut si homo definiatur, *Animal admirativum*. Tertia, quæ rem declarat per effectum, ut cum Calor ab Aristotele definitur, *Qualitas congregans homogenea*. Quarta, quæ rem expolit per accidentia quævis externa, ut cum *Sapphirus* definitur, *Gemma cerulea, aureis punctis collucens, instar Cœli sereni*. Ex quatuor ipsis prima, & secunda minus impropria, magisque Philosophice sunt, quam tertia, & quarta.

7 *Philosophi* tamen, loco *Definitionis essentialis*, quæ admodum rara est, frequenter utuntur *Descriptione*, modo aliquo ex quatuor ipsis concinnata. *Quia substantiales differentiae* (inquit Angelicus Doctor d) non sunt nobis nota, vel etiam nominatae non sunt, opereris interdum vis *differentijs accidentalibus loco substantiationem*. Aliquando necessitas cogit (ait iterum Angelicus e), ut etiam loco per se *differentiarum*, *differentijs per accidens*, in quantum sunt signa quædam *differentiarum* *essentialium*, nobis ignota- *rum*.

Quid vocetur *Definitum*? Et quatenus
et *Definitione* differunt? Quod est ut
quod est. Res illa, cuius essentiam
explicamus, prout substantia simplici
notitia (sive conceptui,) vocatur
Definitum, v. g. *natura humana*, pro-
ut substantia nominis *Homo*. *Ipsum* au-
tem nomen dicimus *Definitem formale*
& res eo significata, *Definitum obiec-
tum*. Quae distinctio observanda
pariter est pro *Definitione*: vocalis
enim, aut mentalis explicatio essentia
vocatur *Definitio formalis*; ipsa autem
essentia sic explicata, *Definitio obiectiva*.

9. *Definitum* aliud dicitur *proximum*, seu *propinquum*, aliud *remo-
tum*. Proximum est ratio communis
per intellectum abstracta ab inferioribus,
v. g. ratio hominis abstracta à Petro, Paulo, &c. ceteris individuis.
Remotum est unumquodque ex inferioribus hisce; que, quia non defi-
niunt immediate sub proprijs con-
ceptibus, sed medio conceptu naturæ
communis (non enim Petrus v. g.
definitur, quatenus Petrus est, sed
quatenus homo), ideo dicuntur remo-
tè, ac mediate definiri. Ex his
Propinquum est, quod simpliciter
vocatur *Definitum* in praesentiарum.

10. Porro, dum agitur de dis-
tinctione inter *Definitum*, & *Defini-
tionem*, non est sermo de formalibus;
in his enim abs dubio reperitur realis
distinctio vocum, aut conceptuum.
Neque item sermo est de obiecto ipso
nudè sumpto, prout est à parte rei
(sic enim distinctionis umbra nulla
est.) Agitur ergo de *Definito obiectivo*,
prout significato per *Definitum* for-
male, sic tamen, ut res significata acci-
piatur in recto, sive ut *quod*: eodemque
sensu accipienda est *Definitio*. Hoc ita-
que sensu, inter *Definitionem*, & *De-
finitum* nulla est distinctio realis; nihil
enam à sua essentia realiter distingui-

f V. Arift. 7. Metaph.

riuntur ita perfecta distinctio na-
tionis, hæc enim postulat extrema di-
versimode definibilia. Est tamen dis-
tinctio rationis imperfecta, & impro-
prial, quam vocant *imperfectum*,
& *explicatum*: qua in *Definito* con-
sideratur quasi testam, & in volvum quid
ipsum, quod in *Definitae* apparet
evolutum, & explicatum. *Alij* subib-

it. Alij discrimenem habent ex di-
versis circumstantiis. Nam *Definitum*, in-
quiunt, coacipitur in ordine ad conno-
tata obvia, & secundaria; *Definitio*
autem, in ordine ad primaria, & se-
cundaria. Sic sub termino *Homo* consue-
concipitur *natura humana* in ordine
ad talium faciem, manus, corpus, &c.
queis à bruto statim discernuntur at sed-
oratione *Animal rationale*, concipiuntur
in ordine ad primarias operationes sen-
tiendi, & discurrendi, in quarum fo-
cunditate clare perspicitur intima per-
fictio hominis.

Notanda quedam.

12. Missis ad Logicā nonnullis super
Definitione questionibus, quædilat
hic Notationes addimus pro maiori
luce doctrinæ. *Not. 1.*: *Definitura*, ut
vna explicetur *Definitione*, debet esse
Quid unum unitate rationis, & vni vo-
ceme significari. Unde æquivoca, ut
talia definiri nō possunt, nisi facta prius
divisione in certas classes, quibus singu-
lis sua seorsum definitio aptetur. Ana-
loga verò solent prius definiri, quam
dividi; quia magis ad uitatem
rationis accedunt: quamquam
stricto iure divisio quoque præmit-
tenda est.

13. Dixi, *unitate rationis* quia non
definitur, nisi ratio aliqua universalis,
& pluribus communis, ut *homo*,
vel *Animal*. Res quippe, ut singu-
lares, nulla scientia definire curat;
f. velquia variables sunt, con-
tingentes, infinitæ: vel q. si
c. 15. C. 2. 25.

homo quidditas vñ noscere differentias pure numericas, i.e. quavis rebus nomina quedam imponantur, v.g. Petrus, vocabulum certe non clarissimum nomine Petrus, raro quo extrahitur; vbo dictum si quia singularitas huius rebus nihil feret perfectionis additis naturae specificas. Hinc dum Sol, &c. Mundus definitur, neuter definitur prout singularis; sed definitur natura virtuslibet specifica. & aqua de se est communis, seu multiplicabilis, eti. de facte multiplicata non sibi Nihilominus ratio Individui ut sic definiti potest de quo in Logica.

Not. 2. Definitum in ordine physico debet esse Vnum per se,

vt Angelus, Homo, Leo. Ita Aristoteles ex cuius tamen hac in re doctrina difficultates continent alius loci. Interim certum est, ea, quæ sunt Vnum per accidentem instar huius complexi Homo albus, non posse definiri penes utramque partem unica definitione, sed duplice, v.g. talia hominis, alia albi; quas tamen uno contextu necere sic poteris, Animal rationale afflum colore disaggregativo visus. Certum etiam est, Accidentia suo modo b. definiri posse, esto eorum explicatio non dicatur simpliciter definitio, sicut essentia ipsorum non dicitur simpliciter quidditas, comparatione substantiarum. Sed quinam ille modus?

Not. 3. Quædam Acciden-
tia determinant sibi certum subiec-
tum, quædam non. Hac dicuntur Simplicia, illa copulata. Simplicia tacito subiecto definiri possunt, saltem in abstracto, vt cum Alio dicitur Color disaggregans visum; immo & in concreto, vt cum Abum dicitur Dispersum visus, vbi nulla mentio subiecti, nisi vaga, cōfusaque. Copulata vero definiri nequeunt

Ibid. c. 17. — b Aris. II. c. 4. — i Idem 7.

sine expressa mentione subiecti, vel in resto positis, cum Accidens in concreto definitur, vel in obliquo, cum Accidens definitur in abstracto. Ex. g. Simum, quia ensimum pro subiecto determinat; Nasus, curvus, definiti debet; Simitas, Verus, Curvatus, natus. Hoc genus definitionis, sive aliiquid ponitur, quod est extra Essentiam Definiti, vocatus Definitio per aditamentum. Natus enim in praeditis additur explicationis gratia, quamvis sit extra formalema essentiam fini. *c. 16. Not. 4.* Definitio per aditamentum illis potissimum convenit, quorum essentia consistit in ordine, vel habitudine, quia talis, ad certum subiectum, aut terminum. Nam habitudo, qua talis, nequit aliter explicari, quam sub nomine sui termini. Sic Potentiae vitales, sic Habitus operativi, sic Artes, sic alia multa, per suos terminos, aut obiecta definiuntur. Grammatica v.g. definitur, Ars rite loquendi, ubi non loqui, non est istius Artis essentia, nec pars essentiae sed terminus, ad quem illa ordinatur: quia tamen hic ordo, quam talis, nequit aliter exprimi, quam expresso termino, idcirco nomen termini veluti conductitur, vt supplet nominem talis ordinis, ponaturque loco specificæ differentie Grammatices.

17. Not. 5. Definitio, non tam vera, vel falsa, quam bona, vel mala, vocatur, vel quia forte salvatur in apprehensione, cuius non est veritas, aut falsitas: vel quia potest vere affirmari de Definito, & tamen esse non bona, defectu aliquius regulæ ex tradendis statim.

Not. vi. Sub his terminis, Quid est, aut Quid sit, Quodquid, Quodquid est,

Metaph. c. 5. & D. Th. m. b. L. c. 4.

et, *Quodquid erat esse*, significat Aristoteles essentiam, seu quidditatem rei, praesertim substantialis. Vide Aristotelea phras. *Oratio quid est*, vel *quodquid est*, &c., definitionem sonat essentialiem.

CAP. III.

Lexus velut Definitione

DE Legibus, seu Regulis tecum definiendi plura docuit Philosophus a. in Topicis, & sc̄e alibi. Ea tamen omnia tr̄ibus, aut quatuor Regulis comprehenduntur possunt, ac solent. Prima: *Vt. Definitio Sit clarior* Definitio: alter, iam non erit essentia ipsius explicatio, quoque sine fraudabatur. Contra Legem istam peccat, qui per metaphoras definit, v.g. si homo definatur *Arbor inversa*, vel somnus *Imago mortis*. Nam metaphora (inquit D. Thomas b.) accipitur secundum aliquid simile, non autem oportet, ut id quod sit simile secundum rationem, sit simile quantum ad omnia. Unde praebetur erroris occasio nescientibus quantitatem similitudinis. Peccat secundo, qui verbis extitit ambiguous, neque uno addito ad certum sensum determinatis; aut etiam vocabulis exoticis, & à communi Sapientum usu remotis. Tertio, qui definit idem per idem, id est, qui Definitionem quasi partem Definitionis ponit, ut si hominem definit, *Animal humavitate præditum*: ipsa quippe humanitas est, que definienda suscipitur. Unde vulgare præceptum est, ne Definitionem ingrediantur Definitionem.

2 Quarto, qui alterum ex coa-

trarijs definit per alterum, vt si Bonum definiatur, *Quod est contrarium Malo*, aut Malum, *Quod est contrarium Bono*: hoc enim nihil lucis addit supra conueta vocabula *Bonum*, & *Malum*. Ab hac regula excipi solent Opposita relative, quorum alterum definiri nequit nisi facta mentione alterius. Non tamen qualiscumque relationis expressio est Definitione, v.g. si Pater dicatur esse, *Qui habet filium*; aut Filius, *Qui habet patrem*; id quippe ex terminis constat: sed opus est, ut explicetur indoles ipsa relationis, vel rationis proxima, qua fundatur, ut cum Filius definitur, *Qui originem dicit à r̄ivitate*, ut principio coniuncto, in similitudinem naturae.

Sed adversus datam legem obiec. i.: rusticus per terminum *Homo* clarius percipit hominem, quam per *Animal rationale*: clavis etiam intelligit Matriomonium vulgari, hoc vocabulo, quam si definitionem eius Theologicam audiat: non igitur omnis definitio clarius est definitio. Neg. Conseq.; vel distingu. Conseq.; non est clarior per se, neg., non est clarior per accidentis, nimis rura ex ignorantia audiens, Conc. Consequ. Defectus ille claritatis non est tribuendus definitioni, sed rusticus, qui terminos, quibus confitit definitio, non videntur novit. Eadem ex causa saepe Definitionem assumitur ad probandum, alicui convenire definitio nes, v.g. *Petrus est homo*, ergo est *animal rationale*: quia scilicet saepe aliquibus ex ignorantie terminorum notius est Definitionem, quam Definitione. Supponenda igitur est peritia idiomatis, ut claritas definitionis eluceat.

C;

Obiec.

Quid. 2. si per terminum *Homo*. v. concipitur animal distinctum à bruto; adeoque animal quod est rationale; ergo terminus ille non minus claram significat hominem, quam *Oratio Animal rationale Resp.* sub tali termino concipitur quidem animal distinctum à brutis, sed in quo sit essentia distincio, non explicatur, nec rationalitas distincte perspicitus. Ut fumnum enim distinctio, seu differentia respectu brutorum apprehenditur per ordinem ad figuram extream locutiones; & alia accedet ita cuivis obvia. Inferit quidem ex huiusmodi distinctione per discursum rationalitas; sed tunc iam pervenit ad territos definitivos, nec sifflit in termino *Homo*.

Notabis hic, ad eamdem regulam pertinere quod Philosophus docuit, definitionem esse debere *ex probribus, & notioribus*: Id quod servatur quonies definitio exhibet essentia constitutiva, seu *physica*, & *metaphysica*. Nam ordines naturae constitutiva priora sunt, & simpliciter notiora constituto, seu *Toto*, sicut unitas numero, linea superficie, & sic de alijs, ut *Item* Philosophus expavit.

6. Secunda lex. *Ut Definitione conversatio cum Definitione*; id est, *ut omni, & soli Definitione conveniat*, atque ita cum eo reciprocetur, *ut alterum inserat alterum*, & de altero conversione praedicari possit, ac de eisdem pariter subiectis *ut unum dicatur*. Sic quicunque est *homo*, est *animal rationale*, & conversim. Hanc regulam si expressit M. Augustinus: *et Definitione nihil minus, nihil amplius conatur*, quam id, quod sufficiens est explicandum: aliter omnino vixit est: utrum autem biusmodi vixisse careat, conversione exploraverit.

a. Topic. 3. — b. L. de quatuor anima.

7. Tertia: *Vt Definitione nec se redundans, nec diminuta*; hoc est, nec plus dicat, quam quod sat est ad essentiam rei aperiendam, nec eam inexplicatam aliqua ex parte relinquit: Sic ex his definitionibus hominis, *Animal rationale bipes*, *substantia rationalis*, altera redundans est penes terminum *bipes*; altera diminuta, quia inexplicatam relinquit essentiam hominis, qua parte corporea, ac sensitiva est.

8. In definiendo brevitas magnopere commendatur, modo fiat sine dispicio debita claritatis, tum propter generale brevitatis commodum; tum quia *Definitione passim affinitate invenientur ad Demonstrationes*, nec facile, si prolixia sit, syllogismo capietur, atque versabitur. Quare merito reprehenduntur, qui, ut argumenta preoccupent, definitiones ostendunt totidem verbis, quod forsitan evallis oppugnari posse presentant: sic eum nullus erit prolixitati modus. Ea igitur verba sufficiunt, que iudicio sapientum commode explicent quiditatem rei, atque circumstantijs, & subiecta materia. Nec continuo in claritatis legem peccabit definitio, si pro tyronibus, aut sophistis aliqua indiget expositione.

9. E contrario reprehendendi patiter, qui necessarijs verbis adeparcant, *ut definitionem vagam, & confusam*, aut etiam à definito dissidentem, efficiant; moxque, ut se argumentis virgi sentiunt, fidenter respondent, iam hoc, aut illud subintelligi. Rogo enim, vel verba, quibus definis, ex se figurascant id quod subintelligis, vel non? Si primum; quid inbes subintelligi? Uerba potius expone iuxta communacm vim sapientum, & argumentis respondisti. Si secundum;

dum perperam definitis, utpote omnino retinet id, sine quo res inexplicata manet: si ergo titulus poterit homo definiri *Corpus vivum*, subintelligendo scilicet sensitivum, & rationale.

10. Quarta Lex, quae ceteras fere comprehendat: *VI. Definitio conformativa proximo, & ultima differentia.* Genera dicuntur praedicta communia, in quibus res proposita convenit cum alijs diversa natura. Ex his praedictis quod minus extenditur, dicitur *Genus proximum*; quae latius patent, *Genus remota*. V. g. respectu hominis *Animal* est *Genus proximum*; *remota vero, Urvens, Corpus, Substantia*. *Differentia ultima* dicitur illud praedictum, quo res ultimo discernuntur a ceteris omnibus diversa natura, v. g. *Rationale* respectu hominis. Hanc differentiam ideo exprimere debet definitio, quia aliter non convertetur cum *Definito*. *Genus autem ideo proximum esse* debet, e quia in ipso continentur formaliter cetera praedicta superiora, siveque nullum omittitur in definitio- ne. *Contra*, si remotum sit, cum non includat formaliter inferiora, manebunt hæc penitus praetermissa, proindeque diminuta erit aliquatenus definitio.

11. Propterea ex hac regula conficitur a nonnullis definitio *Definitionis*, sic nimurum, *Oratio constans genere proximo, & ultima differentia.* Hoc tamen non omnino placet. Primo: quia si Verba proprie significantur, solam explicant Definitionem metaphysicam: nam physica *Definitio strictis differentia*, & genere non constat 2.: quia nec omni Definitioni metaphysica aptatur proprie. Tum quia optimi quique *Auctores* saepe videntur gene-

e Arist. 6.

re paululum remoto, claritatis gratia. Tum quia saepe etiam remotum adhibent adiectis differentiis alterius. Tum quia in rebus obscurioribus definiendis raro tornari possunt ad normam Dialecticam genus proximum, & ultima differentia; sed passim definitio struitur ex varijs terminis se se vicissim iuvantibus ad aperiendum, tam discrimen, tam convenientiam rei cum ceteris, ita ut alter ab altero conversione determinetur. Adde quod verius forsitan est, strictè definiti possunt eas etiam essentias in quibus non est propria compositio metaphysica generis. Et differentia; de quo alias. Non tamen negaverim, definitiones, quæ ex genere & differentia strictè sumptis, & rotunde expressis, construuntur, omnium esse pulcherrimas, & perfectissimas. Sed admodum rare sunt.

12. Dices: si quarta hæc Lex nequit esse Definitionis definitio, qui poterit esse Lex, aut regula generalis? Resp.: *Leges*, ac *Regulae generales*, in primis admittere possunt exceptiones; ac deinde earum verba non semper strictè interpretanda sunt, sed non nihil amplitudinis, aut improprietas saepe admittunt, accedente praesertim consuetudine, quæ in Iure dicitur *Optima Legum interpr. Phyletophoram*: autem confuetudo fert ut ea verba *Genus*, & *Differentia*, passim in definitionibus verificantur ample, ac minus proprias, quatenus scilicet significant aliquam expressionem convenientiæ, quæ sit quasi *genus*, aut *loci generis*, & aliquam expressionem discriminis, quæ sit quasi *differentia*, aut *loci differentie*. At, si Lex illa traderetur ut *Definitionis definitio*, diceret omnia Topic. 3. C. 4. ve-

ve a definitiis convenire, tum ab
que exceptione, tum sine illa impro-
prietate verborum.

13. Ex regulis hactenus statu-
atis prima, & tertia respiciunt Defini-
cionem formalem; secunda vero,
& quarta, Definitionem obiectivam;
prior formalis significatam; hoc enim
sensu Definitione & convertitur cum
Definitio, & continet genus, ac dif-
ferentiam. Id quod nos obtinet Defi-
nitio purè formalis, nisi cum addi-
to ut quo, vel in significando.

14. Regulis definendi addo-
vias, seu methodos investigandi
rerum definitiones. Duas tradidit
Aristoteles. f Prima est *Divisio*,
cum scilicet remotum Genus acci-
pitur, & paulatim per differentias
dividitur, donec perveniat ad illam,
quæ reciprocatur cum re, definitia.
Ex. g. definiturus hominem,
accipe genus *vivens*; quod si divi-
das in differentias *Sensibile*, & *In-
sensibile*, invenies, *Sensibile*, con-
venire homini, sed nondum cum eo
reciprocari, quia latius patet. Iterum
ergo *Sensibile* divides in *Rationale*, &
Irrationale; &c. cum ex his videris,
solum *Rationale* convenire homini,
& quidem reciproce, seu conversim,
hanc ultimam differentiam putar-
tumque ex ea, & superioribus defi-
nitionibus sic struit. *Vivens sensibile ra-
tionale*; cuius duo priora verba complecti
poteris nomine *Animal*, claritatis gratia.

15. En. id ipsum verbis M. Au-
gustini. g Ut iij, qui signa (status),
formant, primum immensum sub-
deligunt lapideis, deinceps paulatim
minuendo, & abscondendo super-
flua, ad formapdos vultus, &c men-
bra pervenient: sic definitio, à ge-
nere incipiens, depulsa paulatim ge-
neralitate verborum, ad propriū de-
mostrande rei cubile tendit accedere.

f. Post r.e. 14. D. Thom. lib. Leth. I. s. c.

Mod. Sciendi.

16. Secunda est *Collectio*: quan-
do scilicet proposita specie ad des-
niendum, mente colligis plura simili-
ta, quæ nomen talis speciei univoce
participant, & ea inter se conferens,
rationem rimaris, ob quam tali nomi-
nime donantur: ut si observes, Pe-
trum, Paulum, exaterque individua
humana, ob rationalitatem appellari
homines. Ratio igitur ista erit differen-
tia specifica, quæ addita Generi (quod invenia
facilius est), definitionem ef-
ficiet. Neutra tamen methodus est in-
fallibilis: eum facile nos deprehendis-
se, ac tenere putemus, quod re ipsa non
dum attigimus. Sed hoc humanum
est.

17. Ad extrellum observa,
vulgarem esse regulam Dialecticorum,
quod *Verba in definitionibus non sonant actum, sed aptitudinem*. Ex.g. Albedo
definitur *Color disgregans visum*; ubi
To disgregans, licet præferat actum
disgregandi, perinde accipitur, ac *po-
tent disgregare*. Mallem tamen in de-
finiendo non uti verbis præferentibus
actum, quando essentia Definiti consitit in aptitudine; ne alioquin defi-
nitio evadat incerta, & ambigua. Sa-
pe essentia Definiti consistit in actu,
v. g. essentia *Subiecti*, aut *Predicati*
propositionis. Numquid verba defini-
tions, non actum, sed aptitudinem
sonabunt? Adde quod, si regula
affirma est, libertas hominis iusti ad ser-
vanda præcepta, poterit tuto definiri
f. *Libertas*, quæ transgreditur præcepta
D., eo scilicet prætextu, quod *transgre-
ditur* perinde sonat in definitionibus,
ac potest transgredi. Id autem quis
ferret?

18. Illa igitur regula
utilis erit, cum agitur de inter-
pretandis nonnullis veterum Aucto-
rum dictis, quæ more definitio-
nis traduntur, vel pro definitio-
ni. — g. *Categor. c. 6.*

nibus subrogantur. Veteres quippe, rudiora scula docentes, saepe rerum notiones praebent à signis, aut effectibus, utpote magis plerumque notis: & loco definitionis essentialis videntur descriptiva; ea scilicet mente, ut inde colligatur essentia cause, quæ in aptitudine, seu virtute ad tales effectus conficitur. Sic, dum Aristoteles terminum vocat, in quo resolutur propositionis, meram tradit descriptionem à signo; ut ex eo quod ibi sicut resolutio propositionis, colligas, Terminū esse, qui propositionis pars est.

¹⁹ Quapropter verba in definitionibus huiusmodi non sonant actu, id est, non actum dumtaxat, sed praeter actum sonant etiam, aut indicant aptitudinem, que ex actu colligitur. Nam de cetero, si verba apud orane Dictionarium significant actum, quomodo non sonant actum? Aut cur panis panem, & homo hominem sonant? Hic tamen definiri modus procul esse debet, quoad possit, à modernis Dialecticis, qui prolixè testantur, se omnia ad regulas strictas definitionis exigere.

CAP. IV.

Solvuntur argumenta quedam, quibus definitio Definitionis oppugnatur.

¹ **O**bijc. 1. ex nonnullis veterum. Nihil definiri potest: frustra ergo in explicanda Definitione desudatur. *Prob.* Ante: tum quia alioqui procederetur in infinitum; prius erit enim, Terminos definitionis definiri per alios, & hos per alios sine fine. Tum quia dignoscere non potest: differentia unius rei à ceteris omnibus, nisi res omnes possibilis cognoscantur; quod est humanus impossibile. *Resp.* neg. *Ante.*, quin obstant probationes.

a V. Arist. 2. Post. c. 14. 3. ib.

Ad 1.: si quis verba seu terminos definitionis ignoret, is instruetur facile adiecta nominum interpretatione, qua semel, aut iterum repetita, citò pervenietur ad terminos per se notos, & maioris explicationis incapaces: quemadmodum in probandis propositionibus tandem pervenitur ad principia per se nota.

2. *Ad 2.:* non opus est distincta rerum omnium cognitione, ut differentia unius rei à ceteris dignoscatur. Nam, dummodo ex effectibus, & collatione cum rebus alijs vulgo notis (vel cognoscibilibus per discursum) animadvertis, quodnam praedicatum sit veluti character speciei humanae v.g., sub quo non nisi individua solo numero distincta reperiuntur: habebis differentiam hominis ab omni non homine. Tum, si addideris aliud praedicatum, quod paululum extra hominem se diffundit, invenies genus proximum; sciesque, fore hominem, quidquid hanc essentiam habuerit, & non fore, quidquid ea caruerit. Ad hoc autem sufficit cognitione rerum omnium in communione, sub hoc conceptu confuso. *Quid quid non est animal rationale?*

3. Obijc. 2.: nulla fieri potest Definitionis definitio: ergo, quasa dedimus, nulla est. *Prob.* *Ante.* 1. : quia, eucumque excogitetur Definitionis definitio, non convertetur cum suo definito: ipsa quippe erit definitio quedam singularis; eius autem definitura, est Definition in communione, cum qua certè nulla singularis converti potest. 2. : quia nec poterit esse suo definito clarior; alioquin, cum ipsam et continetur in suo definito, erit seipso clarior, quod absurdum est. Addet quod fieri non potest, quia definitura ingrediatur definitionem, seu quin definitur idem per idem, videbilest per definitionem definitio.

D. Thom. Lect. 15.

Resp.

Rep. neg. Antec. 3. cuius
veraque probatio ex dictis evanescit.
Ad 2. Lex conversionis, seu reciprocationis, lata est pro Definitione, ac Definitio; non puri formalibus, sed obiectis, eo sensu, quo haec distinguuntur implicitum, & explicitum, sapientia dicitur cap. 7. Sic autem haec definitio, *Oratio explicans essentiam rei*, cuius obiectum est essentia Definitionis, cum collimatur, utique convertitur cum suo definito, id est cum obiecto huius nominis *Definitio*, quod est *Definitio in communi* & utrumque enim obiectum eadem latitudine gaudet, se se vicissim infert de ipsiusque subiectis verificatur. Vel, si de formalis Definitionis definitione loqui malis, dic, *eam cum suo definito converti, non in essendo, sed in significando.*

Ad 2. Lex claritatis respicit Definitionem, & Definitum formaliter, quo sensu definitio Definitionis clarius est suo definito, quod est nomen *Definitio*. Nam sub hoc nomine minus clare proponitur essentia Definitionis, quam cum dicitur *Oratio explicans essentiam rei*. Continetur quidem definitio istam in suo definito, nempe in *Definitione in communi*, sub qua comprehenduntur omnes definitiones particulares: at non inde sit, ut sit clarius se ipsam se spectata, sed tantum se ipsa propter significata per nomine *Definitio*: Id quod nichil est aliud, quam illam in se clariorem esse cali nomine. Quia in re nullum absurdum quemadmodum nullum est in eo, quod mentalis definitio cognitionis virtutis, sit clarior semetipsa propter representationem cum alijs per terminum cognitionis.

Hinc additio argumenti non urget. Cum enim Definitum prohibetur ingredi definitionem, scimus

est de Definito formaliter, non per de fini plici, & consueto nomine rei, vel aliquo synonymo. At in presenti nomen *Definitio* nequitiam ingreditur definitionem Definitionis. Quare, licet per definitionem particulariem definatur *Definitio in communi*, non definitur idem per idem in sensu vetito: ad hoc enita opus erat, ut *Definitio* definiretur per se ipsam prout expressam nomine *Definitio*. Sed quoniam obiectio haec implexa est, & capitiosa,

Replic. 1. :: Omnis definitio claritatem habet in se, & per se non ergo indiget reflexa definitione, cuius-ope claretur. **Dicit.** **Antec.** :: claritatem habet respectu sui obiecti, **concl.** respectu sui ipsius, **neg. Antec.** & **conseq.** Nam haec definitio v. g. *Animal rationale*, licet sit clara respectu hominis, per illamque respondeatur interroganti, quid est homo? non tamen est clara respectu suum, nec propriam explicat esse etiam, & interroganti, quid ipsa sit, quatenus definitio?, non respondetur per ipsam, sed per hanc reflexam. *Est oratio explicans essentiam rei.*

Replic. 2. :: Saltem ipsa Definitionis definitio claritatem habet respectu suum: ergo inepta dicitur quasi reflexè explicari per semetipsam. **Dicit.** **Antec.** :: respectu suum est tunc cum extero definitionibus, **concl. Antec.**, & similiiter **Dicit.** **Conseq.** Eamvero definitio Definitionis non explicari se solam, sed omnes definitiones, quas inter se ipsa continentur. Unde, quoniam ipsa non erit, immo nec posset sola explicari reflexe per se metu, quia tamen hac explicatione indigent ceterae definitiones, fit, ut earum reflexa definitio nec inepta sit, nec otiosa, licet ex consequenti se ipsam explicet prout includam

fam in cuiuslo ceterans. Non aliter ac vox sonus, & hæc apprehensio Cognitio, sive ipsas in aliisrum cuiuslo significant, quamvis forsitan dari nequeat vox, aut cognitio purè significativa sui solius.

9. Obj. 3: definitio Definitio-
nis à nobis data est per geniusten-
tum: ergo vitiosa est. Proh. Ante: quia
in ea ponitur *Oratio* pro genere, quod
vitique remotius est, quam *Modus Sciendi*. Resp.: definitio nostra constat
quidem in genere remoto, at non in
claritatis usura: *Oratio* quippe multo
notior est, & explicatu facilior, quam
Modus Sciendi, cui termino haud mo-
dica in etiam ambiguitas, & obscuritas, ut
indicavimus cap. i.; ideoque varie à
varijs definitur. Solent autem optimi
quique Auctores in definendo præte-
rire genus proximum, & vt paululum
remoto, quando sic interest claritatis.
Quid frequentius, quam vt Leo v. g.
definiatur *Animal* rugibile. Et tamen
Animal genus est minus propinquum
Leoni, quam *Brutum*. Adde quod
exemplum Aristotelis, & communiter
Dialecticorum, secuti sumus.

10. Obj. 4: non omnis de-
finitio est *Oratio*: potest enim dari
conceptus indivisibilis, repræsentans
essentiam hominis v. g., eadem clari-
tate, quam habent hic duo conceptus:
Animal rationale: ille autem conceptus
non erit *Oratio*; & tamen erit definitio.
Resp.: si detur conceptus realiter
indivisibilis, qui perfectè & equipollat
in claritate his expressionibus *Animal*
rationale, ille quidem definitio erit, at
simil erit *Oratio* Lógica, partibusque
Logiæ constans, et si non grammati-
cis. Habet enim partes fundamenta-
liter, aut virtualiter distinctas, proper
equipollentiam duobus conceptibus
regulariter distinctis. Cum autem de
artefactis Dialecticis agitur, perinde se

habet ut plurimum distinctio virtua-
lis, ac realis. Quare, sicut in proposicio-
ne mentali, licet afferatur simplex
qualitas, considerat Logica partes ar-
tificiosè compostas, ita subiecti, &
prædicati, ratione virtualis distinctio-
nis; ita in re naturæ contingit.

11. Obj. 5: definitio, quana-
dedimus, convenit definitioni vocali;
qua tamen non proprie continet De-
finitionis artificium, nec Modus Sci-
endi dici potest. Huius argumenti solu-
tio pendet à quaestione in Proemiali-
bus Logica decidenda; an vide-
licet artificium Logicum propriè re-
periatur in vocibus? Eò proinde vos-
mitto. Accusatur etiam definitio nos-
tra, quod impròpiè loquatur, non
enim Definition dicenda est *Oratio ex-
pliicans essentiam rei*, sed potius *expli-
cam per essentiam*. Verum hoc nihil est
dictu. Nam idem prorsus valet utra-
que locutio: sicut idem est, essentiam
Angeli esse spiritualem, ac Angelum
spiritualem esse per essentiam; nis for-
san ex circumstantijs locutio ista per
essentiam invalidum sensum trahatur.

CAP. V.

De Divisione.

A Iter Sciendi Modus, que-
scilicet respondetur in-
terroganti, quotuplex
sit res, vel quotuplex eius pars, Di-
visio est. Divisitur communiter à
Dialecticis, *Oratio* Tertium in suis par-
tibus distribuitur. Totum, seu res, que
distribuitur, vocatur *Divisum*; partes
autem, *Membra dividentia*. Quod si-
quis definitionem istam carpierit, eo
quod *Distribue*, & *Divido* Synonyma-
eat, nec alterum clarius altero; pote-
ris Divisionem eodem sensu denuncie-

Sic: *Oratio distincte recensens partes Totius*; vel etiam, *Oratio distincte explicans, quotuplex sit pars rei*. Cur ponatur loco generis potius *Oratio*, quam *Modus Sciendi*, dictum est cap. præced. n. 9.

Divisio generalis.

1. *Divisionem* est *Nominis*, alia *Rei*. Prima est distributio vocabuli ambigui, vel equivoci, in sua significata: v. g. *Vox* *Aries*, aliud significatum est *acumen gladij*, aliud *exercitus instrutus*, aliud *lumen oculorum*, aut *ingonij*: item *Nomini* *Tauri*, aliud significatum est *Animal*, aliud *caeleste signum*, aliud *Mons Aſæ*. Secunda est distributio cuiusque rei in suas partes: & hec potissimum Dialectici muneris est. Itaque *Divisio Rei* generaliter in primis dissecatur in duo membra, nempe *Divisionem per se*, & *Divisionem per accidentem*. Quando membra dividentia sunt per se partes *Totius*, fit *Divisio per se*: quando vero non nisi per accidens sunt partes *Divisi*, fit *Divisio per accidentem*.

3. Deinde utraque *Divisio* est duplex: altera *Totius actualis*, altera *Totius potentialis*. Unde & altera vocatur *actualis*, altera *potentialis*, seu *potestativa* (quarumque alio sensu *potestativa* dicitur, quæ virtutem cause distribuit in partes, v. g. *Ignis* alia est *situs comburendi*, alia *illuminandi*). *Totum* *actuale* est, quod actu partes includit: quæ partes, si realiter distinctæ sint, ut in homine *corpus*, & *anima rationalis*, constituant *Totum physicum*; si vero sola ratione, & præcisione mentis distinguantur, ut prædicata *Animal*, & *Rationale* in *essentia hominis*, constituant *Totum metaphysicum*. *Totum* *poteatiale*, sive *Universalis*, sive *Logicum*, dicitur *Ratio*

aliqua *communis*, pèr intellectum abstracta ab inferioribus, v. g. *Ratio Animalis* *præcisa* ab *Homine*, & *Bruto*.

4. *Huiusmodi Ratio*, quia amplitudine sua sub se comprehendit Inferiora, vocatur *Totum respectu totum*: sed quia Inferiora non pertinent ad essentiam eius *actualem* (neque enim *Animal* v. g. definitur per *Hominem* aut *Brutum*, sed per *vivens sensibile*), ideo non dicitur *Totum actuale*, sed *potentiale*, aut *potestativum*, eo scilicet, quod potest de Inferioribus prædicari, & in ea velut in quadam membra resolvitur. E regione Inferiora dicuntur *Partes subiectae*, vel *subiectiva*; quia de illis ut subiectis prædicatur *Totum*, ita ut eius universalitas, & amplitudo, quasi membratim dissecetur in ipsis.

Divisio per se.

Igitur *Divisio per se*, cum est *actualis*, distribuit *Totum* in partes, quibus illud actu constituitur. Eadem subdividitur in *Integralm*, & *Essentialm*. *Divisio Integralis* recenset partes, quibus tota aliqua *Magnitudo extensa* est; quæ partes possunt esse, vel *Etergenae*, idest, *Distinctiores*, ut partes *Aqua*; vel *Homogeneae*, idest, *Simillares*, ut membra *Corporis humani*. *Divisio Essentialis* recenset partes, sine quibus *Essentia Rei* intelligi nequit. Quod si partes sunt *physicæ*, seu *Totius physici*, *Divisio ista* vocatur *physica*, v. g. *Hominis alia pars Corpus, alia rationalis animus*; quod revocatur *divisio concreti accidentalis* in *subiectum*, & *formam*, v. g. *Similis alia pars nasus, alia curvata*. Si vero partes sint *Totius metaphysici*,

physici, vocatur Divisio metaphysica, v. g. *Hominis* alia pars *Animal*, alia *Rationale*.
Aliud hunc Divisio per se, cum est *potentialis*, distribuit Totum in partes subiectivas, sive in Inferiora, de quibus operi se prædicari potest. Est autem multiplex. 1. Generis amplioris in angustiora Genera (quæ etiam species subalternae dicuntur,) ut si *Sustentantia* dividatur in *Corpoream*, & *Spiritualem*. 2. Generis in species, ut si distribuas *Animal* in *Hominem*, & *Brutum*. 3. Differentiarum subalternae in inferiores species, ut si distribuas *Irrationale* in *Equum*, *Leonem*, *Canem*, &c. 4. tam speciei, quam Differentiarum, in Individua, ut si *Hominem*, aut *Rationale* dividatur in *Petrum*, *Paulum*, *Ioannem*, &c. Sed hæc postrema Divisio non est Scientifica, quia distinctionem purè numericam scientia contemnit.

Divisio p. r. accidentis.

7 Iam vero Divisio per accidentis, sive *accidentalis* (quæ cum fit, cum ex parte Divisi, vel Membriūm dividentium, exprimitur aliquod Accidens) totidem modis fieri potest, quot Divisio per se. In primis, in omnes partes Totius actualis, prout affectas aliquo Accidenti: v. g. in *Integrales*, *Iaspidis* alia pars est *viridis*, alia *rulea*: in *Essentiali* physicas, *Hominis* alia pars ext. r. n. *lucis* perfunditur, alia supernatura i. *lumine*: in *Essentiali* metaphysicas, *Hominis* alia pars est *Genus*, alia *Diferentia*. Deinde, in omnes partes Totius potentialis, Accidenti pariter affectas, iuxta quatuor modos Divisionis per se. Exempla sunt Divisiones, *animalis*, in *Familiam*, & *Implam*; *Columbae*, in *Agricolum*, & *Domesticam*; *Lonis*, in *Cicavem*,

& *Foram*; *Rationalis*, aut *Hominis*, in *Dottum*, & *Indottum*.

8 Præterea peculiariter distingui solet triplex Divisio *accidentalis*, & *potentialis*. Prima dicitur *Subiecti* in *accidentia*, distribuitque Totum in Membra, quæ ipsi accidunt, v. g. *Animal*, in *Domesticum*, & *Agreste*. Secunda, *Accidentis* in *subiecta*, quæ Totum distribuit in Membra, quibus ipsum accedit, ut *Lucidum*, in *Corpus Cœlestis*, & *Sublunare*. Tertia, *Accidentis* in *Accidentia*, in qua scilicet, & Totum Membri, & Membra Toti accidentaria sunt, ut cum *Album* dividitur in *Dulce*, & *Amarum*.

Duo hic notanda. Alterum: Divisionem *accidentalem*, præsertim quæ est *Subiecti* in *Accidentia propria*, vistatam esse Philosophis loco Divisionis per se, & *essentialis* nam, cum sape non suppetant proprie notiones partium per se, substituantur nomina Proprietatum, tanquam occultæ radicis indicia. Alterum: non quilibet Accidentis Divisionem esse *accidentalem*, seu per accidentis. Nam si *Accidens*, sive in concreto, sive in abstracto, dividatur in Membra, quæ per se Partes eius sunt, erit Divisio per se: ut si *Coloratum* dividatur in *Album*, *Nigrum*, & *Misenum* vel *Coloratum* in *Albedinem*, *Nigredinem*, & *Colorem medium*.

Advertenda quedam.

9 Quædam adhuc advertenda supersunt. In primis Divisio vocatur *Immediata*, quando Membra recenset immediata Divisio, ut cum *Uiven* dividitur in *S. n. f. s. i. c. u. m*, & *Ian. f. n. s. i. b. l*: vocatur vero *M. di. a. t. a*, quando tacitis Partibus immediatis, recenset Partes Partium, ut si dividatur *Uven* in *Hominem*, *Brutum*, & *Plantam*. Deinde Divisio Totius potentialis dicitur Uni-

11. *Quocunq[ue] quando Partes propriè participant Rationem divisam, vbi Animal participatur ab Homine, & Bruto dicitur vero Analogia; quando altera pars propriè, altera impropiè Divisam participat, v. g. si *Malum* dividatur *Malum*, & *sulpe*, & *Malum* pesce.*

12. *Rursus, Divisio non ex eo approbanda est, quod vera sit, sed quod bona, seu recta: potest quippe vera esse, verasque partes designare; & tamen repudianda, quia difformis regulis mox tradendis. Postremò advertendum, qua verborum formula debet fieri Divisio. Totum actuale ponitur in genitivo singulari, tum nomina Partium in recto, & uniuersique præmittitur Altera, vel *Alia pars*: ex. g. *Hominis alia pars est Animal, alia Rationale*. Totum potentiale, si vetus consuetudo servetur, ponendum in genitivo plurali, *Membra* vero in recto sub formula *Aliud*, & *Aliud*; ex. g. *Animalium aliud Rationale, aliud Irrationale*. Iam tamen vobis obtinuit, vt Totum in recto singulari ponatur, sic nimur, *Animal, aliud Rationale, aliud Irrationale*.*

Quæsiuncula duplex.

13. *Quæritur hic, an Genus recte dividatur in Differentias? Responde: accurate loquendum sit, Genus non in Differentias, sed per Differentias dividitur. Quod non in Differentias, patet: quia particula in denotat propria membra Totius: at Differentia formaliter sumpta (quo sensu nunc loquimur) non est propriè membrum Generis. Probatur hoc: membrum propriè non est, quod non continet aliquid Totius, vt ex ipsa notione *Membri*, seu *Partis*, planaria est: sed Differentia nihil Generis conuenit, sed ab eo distinguitur adiquate, vt ex Logica modo sup-*

*ponitur: ergo, &c. Major omnino vera videtur, etiam in Partibus subiectivis. Nullo quippe vero sensu meretur nomen *Partis*, quod nullatenus participat quidditatem Totius: sicut, cur *Homo* potius, quam *Arbor*, dicitur subiectiva pars *Animalis*? Quid vero Genus per Differentias dividatur, constat: quia Differentia, licet non sit Pars ut quod, est tamen Pars ut quia, nenspè est id, quo species constituitur Pars Generis. Pars enim, etiam subiectiva, duo requirit, & participare quidditatem Totius, & esse quid minus Toto: & hoc posterius provenit à Differentia, quia cum sit limitativa Generis, efficit, ut Species minor sit Genere penes amplitudinem, & extensionem. Per Differentias igitur manet Genus quasi concisum, ac disjectum in Partes.*

14. *Solent quidem Philosophi, cum Genus dividunt, loco Membrorum solas exprimere Differentias. Sed tunc in singulis Membris subauditur nomen Divisi: vt perinde sit dividere *Animals* v. g. in *Rationale*, & *Irrationale*, ac in *Animal rationale*, & *Animal Irrationale*. Hoc autem re ipsa est dividere Genus in Species, quarum definitiones ponuntur loco nominum *Homo*, & *Brutus*. Quod de Genere diximus, dictum esto de Differentia superiori, quæ propriè dividitur, non in, sed per Differentias inferiores: item de triplici Divisione accidentalí, de qua supra num. 8. ; vbi pariter, vel præpositio in mutanda in per, vel nomen Divisi in singulis Membris subaudendum.*

15. *Quæritur item, vtrum Divisio à Definitione distinguatur? Affirmatum est proculdubio, quantum ad Divisionem Accidentalē,*

Integralen, nec non *Potentialem* per se. Non enim *Animal* v. g. definitur per *Hominem*, aut *Brutum*, nec per *Rationale*, aut *Irrationale*, per quae dividitur; sed solum per *vivens sensibile*. Quod si *Divisio potentialis* comparetur cum Membris dividentibus, non erit eorum Definitio, si utatur nominibus Specierum; v. g. *Animal*, aliud *Homo*, aliud *Brutum*. Si autem nominibus Differentiarum vtatur, tunc Definitiones Membrorum continebit, subandito scilicet in singulis nomine Divisi. Unde haec v. g. *Animal*, aliud *Rationale*, aliud *Irrationale*, Definitiones continent *Hominis*, & *Bruti*. At non ideo confunditur cum Definitione *Divisio*; euna haec respectu Totius, cuius *Divisio* est, Definitio non sit.

16. Supereft ergo dubium circa Divisionem *essentialē*, & *actualē*. Quæfio est non magni momenti; cui tamen forsitan in Logica locus erit. Utrumlibet optes, meritò *Divisio* dicitur Modus sciendi amplièter à Definitione distinctus; quia sicutem *Divisio potentialis*, in Logica potior, & in Scholis visitior, à Definitione distinguitur.

CAP. VI.

Leyes recte *Divisionis*: Et varijs exinde locus arguendi.

Recte *Divisionis* prima lex est: Ut Membra dividentia simul accepta, *Divisio* adaequatur. In hanc regulam peccat *Divisio*, quæ vel pauciora, vel plura Membra comprehendit, quam *Divisum*, vt si *Animal* dividatur in *Hominem*, & *Leonem*; vel in *Hominem*, *Brutum*, & *Arborem*. Secunda: Ut *Divisum* latius pateat, plusve contineat,

quam singula Membra: alioquin Totum non erit maius sua Parte. Quare vi-
tiosè divides *Animal* v. g. in *Sensitum*, & *Rationale*. Neque opponas, aliter accidere in Divisione Metaphysica *Hominis* v. g., in qua altera pars, nempe *Animal*, latius patet, quam *Homo*. Dicam enim, verum id esse de *Animali* considerato penes essentiam extensivam, seu penes Totalitatem Logicam, & potentiam; non tamen penes essentiam intensivam, quam actu includit, & per quam definitur: sic quippe, & totum *Animal* includitur in *Homine*, & præterea aliud aliud, nempe *Rationale*.

2. Tertia: Ut *Membra* di-
dencia, sint vicissim opposita, seu re-
pugnantia; idest, vt distinguantur
invicem, si nou re, sicutem ratione,
nec alterum formaliter contineatur
in altero: sic enim in præsenti accipi-
tur nomen *Oppositionis*, & *Repugna-
tiae*. Ratio Legis est: quia aliter non
dabitur propriæ pluralitas Mem-
brorum, frustraque usurpatur *Tō Aliud*, & *Aliud*. Unde male divides
Animal v. g. in *Hominem*, *Brutum*, &
Leonem; cum iam sibi *Bruto* conti-
neatur *Leo*. Bene tamen divides *Po-
tentiam Animæ rationalis* v. g. in
Intellectum, *Voluntatem*, & *Memoriam*:
quia, si non re, sicutem ratione, habeat
inter se Membra distinguuntur.

3. Quartam exceptio com-
muniter admittitur: nimurum, quando unum Membrum sic in alio includit-
ur, vt tamen independenter ab ea
inclusione, seu pro priori ad illam,
verè participet rationem *Divisi*. V. g.
recta censetur *Divisio Substantie* in
Completam, & *Incompletam*: quia,
sic hæc in illa includatur, tamen
pro priori ad talem inclusionem, per
se & immediatè participat rationem
com-

communem substantiam. Contrà eves-
nit in exemplo *Leonis*, nuper adducto:
neque enim *Leo* immediatè, & inde-
pendenter à *Bruto*, participat ratio-
nem *Animalis*. Hinc colliges, rectè
dividi possim *Continuum primarium in*
Longitudinem, Extitudinem, & Profun-
ditatem: quia, licet primum *Membra*
brum contineatur in secundo, &
verumque in tertio, ea tamen inclu-
sione præcisa, *Divisum* immediatè
participatur à singulis.

4. *Duo adverto*. Alterum:
sæpe *Divisionem* fieri nominibus
concretis, quæ tamen Abstractis ex-
ponenda sit: v. g. cum *Bonum* dividi-
tur in *Honestum*, *utile*, & *Delicabile*,
nomina ista pro Abstractis accipien-
da, ita ut *Bonitas*, alia sit *utilitas*, alia
Honestas, alia *Delicabilitas*. Sic enim,
et si contingat, rem indivisibilem om-
nibus his modis bonam esse, num-
quam unum *Membrum* poterit for-
maliter prædicari de alio, nec unius
definitio conveniet alijs. Alterum:
Divisionem quandoque fieri cum fo-
la distinctione rationis impropria, &
imperfecta: v. g. cum *Attributum Entis*
dividitur in *Verum*, *Bonum*, &
Vnus. Hoc tamen genus *Divisionis*
improprium est, licet claritate gratia
vicitur.

5. *Quarta Lex*: ne *Divisio*
*Totius positivi fiat in Membra negati-
va, seu vocibus negatis expressa*. Quare
non rectè divides *Animal*, v. g. in
hominem, & non *hominem*. Sæpe tamen
vocabulis negationem sapientibus vel-
lunt circa alterum *Membra*, vel ex
penuria vocum, vel ob prolixitatem
evitandam, vel etiam quia nonnulla
vocabula sano negativa, positivum
iam significatum viu induerunt, v. g.
Irrationale, *Inseabile*, *Inanimatum*,
Incorporeum.

6. *Quinta*: ut, quoad fieri

positi; *Divisio* s. vis. si: aliter non erit
Sciendi Modus, sed confundendus: v.
g. si: v. *Animal* dividas, singulas
Avium, *Piscium*, & terrestrium spe-
cies enumerare velis, fusissimum;
adcoque confusissimum *Catalogum*
efficies. Hinc *Divisio* binimbris, ut
exteris communior, procuranda est:
obtineturque plerumque, si fuerit
*Immedia*a. Quia tamen sæpe cogimur
ad remota *Membra* recurrere, eo quod
propinquiora nos lateant, Curandum
falsum, ut tribus, aut quatuor *Membra*.
Divisio finiatur: quamquam aliquando
plura requirit, seu doctrinæ
utilitas, seu natura *Divisi*, vt cum
Accidens in novem *Prædicamenta*
distribuitur.

7. At legem istam non violat, qui *Divisioni* multas addit *Sub-divisiones*, seu qui *diviso* prius Toto
in panca *Membra*, hæc deinde singula
subdividit seorsum in suas partes,
& has iterum in alias, si id opus fuerit,
ac doctrinæ interfit. Id enim non
est *Divisionem* efficere prolixam, sed
Divisiones breves, & commodas
multiplicare. Sic *Terminus Logicus*
multifariam sine vicio dividitur:

Loci argundi à Divisione.

8. *Divisio* rite facta, siquid
præbet Loco ad argendum utiles,
sive Regulas aliquot bona Conse-
quentiaz. Nam 1. si quocunque dicitur
Divisum, dicuntur *Et Membra* dividen-
tia *dijunctivè*: negantur verò omnia *Et*
singula, de quocunque *Divisum* ne-
gatur. Ita deducitur ex prima *Lege*
rectæ *Divisionis*. Hinc bene arguitur:
Est Animal, ergo *vel Homo*, *vel*
Brutum: item, *Non est Animal*, ergo *non*
Homo, *ne* *Brutum*. 2. ab affirmatione
cuiuslibet *Membri* infertur affirmatio
Divisi: *Huius* verò negatio non infertur
ex negatione *Membri* cuiusque, sed omni-
um. Quare tuò inferes: *Est Homo*,


Ergo est Animal. At non tuò: Non est homo, ergo non est Animal. Tuttissime tamè sic: Non est Homo, nec Brutus. Ergo non est Animal.

9 3.: Ab affirmacione Divisi non infertur affirmatio unicuius Membrorum particulari, sive unius pre-alio. Ita deducitur ex Lege secundâ Divisionis. Vnde non valet: Est Animal, Ergo est Homo. 4.: si tamen, affirmata Divisi, negetur alterum Membrum, sequitur affirmatio alterius, quando Membra sunt duo; quando autem plura, si negentur cetera præter unum. Vade recte argumentaberis: Est Corpus, & non Cœlestis; ergo sublunare: item, Est Elementum, & non Aqua, nec terra, nec Ignis, Ergo est Aer. 5.: (quod ex tertia Lege Divisionis oritur) ab affirmatiōne unius Membrorum colligitur negatio alterius, vel ceterorum, eà scilicet ratione, quâ distinguuntur invicem, nempe vel realiter, vel formaliter. Ex. g. Hoc animal est Brutus, ergo non est Homo: item (posita Potentiarum identitate). Hoc Anima potencia est voluntas, Ergo non est formaliter Intellexus, nec Memoria.

10 His quinque regulis vti poteris in Divisione potentia. Quodsi de Divisione actuali serme sit, sola quinta valet. Quanquara & cetera valere poterunt, si reformatur hoc pacto. i.: de quocunque dicitur, aut negatur Divisum, dicuntur pariter, aut negantur Partes simul sumptæ simultate

unionis, & vice versa. 2.: in Divisione metaphysica, negata quilibet Pars, sequitur negatio Divisi; ut etiam in Divisione physica, dominando Pars negetur in obliquo, prout inclusa. Ex. g. Non est Animal, vel, Non est Rationale, ergo non est homo: item, Non constat Corpore, vel, Non constat Anima rationali, Ergo non est Homo. 3.: si affirmatio procedatur, affirmata Divisi, sequitur affirmatio unicuiusque Partis, metaphysica in recto, & physica in obliquo quatenus inclusa. Ex. g. de quocunque dicitar Homo, affirmari poterunt tam Animal, quam Rationale significationis; nec non hæc prædicata. Constat corpore, constans Anima. 5.: si auerter vices, affirmata Pars formalis, sive metaphysica in recto, sive physica in obliquo prout inclusa, infertur affirmatio Divisi; secundum affirmata Pars materialis. In metaphysicis Pars formalis est Differentia, materialis est Genus: ut in physicis formalis Pars est Forma, materialis verò subiectum. Itaque rectè arguitur sic: Est Rationale, vel, constat Anima rationali; Ergo est Homo: at non rectè sic: Est Animal, vel constat Corpore, Ergo est Homo: Cadaver enim corpore constat eodem, & homo non est.

12 Supereft. tercia Modus Sciendi species, Argumentatio. Sed eius hic explicationem intermitimus, quia locum inferius commodiorem inveniet. Nam Enunciationem explicare à fundamentis aggredimur.



DISPUTATIO IV.

De Termino.

SYNTHETICA Methodus, quam sequimus, Enunciationem explicaturas incipere nos cogit à Terminis. Sunt enim Termini prima Enunciations elementa ordine Logico. Passim quidem sumitur hinc Institutionum Dialecticarum exordium. Sed, cum non alios agnoscamus terminos proprios Logicos, nisi qui partes sunt Propositionis, congruentius duximus eorum tractationem hucusque differre.

CAP. I.

Quid sit Terminus Logicus?

Terminus multa, & varia significat. Vulgo sonat exilio, alienum, tristitia, cunctus rei, scpsa accipitur pro fine, in quo res aliqua finit, rei ad quem diriguntur. Aliquando, & principium denotat, & finem. Unde punctum linea priuam, & ultinam, duplex linea terminus appellata. Non raro significat obiectum alicuius facultatis, possessorum, vel agens. Proprius est ad rem nostram vulgaris ea notio, quam *Terminis* dicuntur omnes voces, quibus in disserendo vobantur. Sic dictum nosse terminos, qui disputationum idioma novit. Sic res capta facilis, & tritis vocabulis manifesta, diciter nota ex apprehensione terminorum. Hac tamen acceptio latè diffunditur per omnes Artes, & Scientias: unde & vox apta Carniani, vel Concionari, vocari solet *terminus Posticus*, vel *Concionatorius*. Itaque Politica, vel Rethorica acceptio est, non proprie Dialectica.

2. Alia est igitur notio Terminis strictè Logica, que solis partibus, aut elementis artefacti Logici propriè convenit. Sed in ea explicanda Dialectici prolixè dissident. Contentio inde possimunt orta, quod non satis constet, an omnibus, an quibusdam partibus artefacti Logici, conveniat ratio Terminis; neque, verius definitus sit Terminus in ordine ad artefacta Logicum in communis, an vero in ordine dumtaxat ad Enunciativum. Quia in rei

3. Affident ijs, qui Terminum arctant ad Enunciativum artefactum, sive ad Propositionem. Ratio est: quia tota questio versatur in usu voceis: non enim inter Auctores convenit de naturâ ipsâ Terminis Logici: sed primum quisque magis, vel minus extendere cogitat nomen Termini, diversam illi naturam, vel essentiam attribuit. In usu autem vocis adhærendum est plerique Sapientum. Nominibus (inquit D. Thomas a.) extendim. est, ut plures utintur: quia secundum Philosophum usus maxime est anglandus in significacionibus nescinum. At communiter a Sapientibus accipi vocem Terminus pro parte Propositionis, conf-

constat, ex definitionibus in omni Scholâ receptis. Nam Thomista pafsum Terminum definitur, Signum; ex quo simplex conficitur propositio. Societatis Auctores cum Scottis frequenter hanc definitionem approbant. Extremam propositionem.

4. Constat 2. ex Aristotele. i. Prior. c. 1., ubi, Terminum, inquit, eum appello, in quem et sive velut propositio: ut predicatum, & id, de quo predicatur, ipso esse, aut non esse addito, vel dico. Quibus postremis verbis (ut hoc obiter dicas) significatur propositio tam affirmativa, quam negativa. Nam in affirmativa additur subiecto esse predicati, ut Petrus est homo, atque etiam non esse, quando predicatur terminus infinitus, ut Petrus est non-lapis. In negativa vero dividitur, sem removetur a subiecto esse obiectivum predicati, aut etiam non esse, ut cum dicitur, Petrus non est equus, Petrus non est non-bomo.

5. Dices: Aristoteles solus hic explicuit Terminum Syllogisticum. Non ab uno: sed hinc infero, nullum esse terminum propriè Logisticum ex mente Aristotelis, prater syllogisticum, idest, prater eum, qui proxime utilis est conficiendo syllogismo, cuiusmodi non est, nisi prout in propositione contentus. Certe, cum Aristoteles minutatim explicit quidquid constituit artefactum Logisticum in communi, nempe Signum, Nomen, Verbum, & Orationem, deberet pariter explicare Terminum Logisticum non syllogisticum, si quem esse putaret. At nusquam alias inventur meminisse Termini in sensu Logico.

6. Constat 3. ex D. Thoma, qui terminos appellat materialia pro-

positiones. Et agentes de dictioribus, prout spectantibus ad varios Logica Libros secundum varias earum considerationes, inquit: c' Tertio considerantur secundum quod ex eis constitutus ordo syllogisticus: c' fit determinatur de eis sub ratione terminorum in Libro Priorum. En, iudica D. Thomas, Logica Aristotelica nullibi de dictioribus tractat sub ratione terminorum, nisi in Libro Priorum, videlicet loc. citato. num. 4. At eo loci solam explicatur ratio Terminorum sub ordine ad Propositiones.

7. Terminus igitur propriè Logisticus recte definitur. Pars, ex qua immediata componitur simplex propositio. Ratio Partis simplicem propositionem constituentis ponitur loco generis, quo nullum inveneris propinquum. Componere vero, non utcumque, sed immediata, est ultima differentia per quam Terminus discernitur a litteris, & syllabis dictiorum, necnon a quibusvis partibus subiectum, aut predicatum integrantibus, quarum nulla seorsim est terminus absolute, sed tantum pars termini, aut terminus partialis, eo quod tunc non immediata componat propositionem.

8. Exemplo rem exponit D. Thomas. d' Quamvis omnes partes (inquit) referantur ad totum perfectum, quedam tamen partes referuntur ad ipsum immediatum, sicut paries, & tectum ad domum:... Quaedam vero mediantibus partibus principaliibus, quarum sunt partes, sicut lapides, referuntur ad domum mediante pariete... Sic ergo omnes partes

b In 2. Physic. Leth. Versus fin.—c In 1.

Orationis principaliter referuntur ad orationem perfectam , cuius pars est oratio imperfecta , quæ etiam ipsa habet partes , &c. Hinc solus Terminus , quia immediatè constituit , dicitur absolute Pars propositionis . Nam , ut ait iterum Angelic. Doct. e pars alicuius totius dicitur proprie illud , quod immediatè venit ad constitutionem totius , non autem pars partis .

Si quæras , quænam sint in propositione partes immediatae ? Resp. Ex sunt , quibus positis sola triplex est copula , seu principalis unio , ut tota existat propositione ; vt exemplo domus nuper adducto planum est . Quare in quavis propositione simplici nominis duos invenies terminos , videlicet subiectum , & prædicatum ; quia his duobus addita copula propositionem consummat ; proindeque ijs solis convenit ratio Partis immediate . Itaque propositione ista v. g. Romanus Prolixus est indubitanter Venerius Christi , ex quidem continet dictiones , terminos vero simpliciter tales non nisi dicitur alterum constitutum ex duabus primis dictiōibus , quod est totale subiectum ; alterum constitutum ex quatuor reliquis , quod est totale prædicatum ; nam etiam ad prædicatum pertinet Verbum Est , id est penes significatum præcipuum .

Sic explicata definitio Termini , claritate , & facilitate commendatur , atque etiam auctoritate Philosophi , nullum terminum Logicum agnoscens , præter subiectum , & prædicatum , ut constat ex num. 4. & s. Dices : Philosophus verbis illis , Ut prædicatum , & id de quo prædicatur , solum vixit , exempli gratia , id que denotat particula Ut . Sed contra : Philosophus eo loci terminum

explicat utilem ad ordinem syllogisticum , ut nemo negat , & exprefse traditur à D. Thomâ suprà num. 6. At ad ordinem syllogisticum nullus terminus utilis est , nisi qui gerit munus subiecti , aut prædicati in Præmissis , ut ignorat nemo . Quare particula Ut accipitur ibi pro tamquam , vel ita ut denotet totam latitudinem Termini . Sic qui diceret , Creaturam rationalem esse quæ ratione vixit , ut Homo , & Angelus , non ideo inveniret , aliam esse Creaturam rationaler , præter hominem , & Angelum , quasi Tē Ut perinde esset , ac exempli gratia .

Contra iterum : si Philosophus nihil ultra desiderat ad Terminum Logicum , nisi quod in eum resolvatur propositione utrumque , ratio Termini conveniet etiam litteris dictiōnum (quod asserit nemo) cum propositione in litteras quoque resolvī queat . Mens ergo Philosophi est coarctare latitudinem eorum Verborum . In quem resolvatur propositione , ad solas partes principales , & immediatas , quæ sunt prædicatum , & subiectum . Quæ est etiam mens D. Thomæ f docentis , quod Verbum Est simul cum nomine adiacente constituit unum prædicatum , Ut sic (inquit) Enuntiatio dividatur in duas partes , & non in tres . En , ut Enuntiationis divisio , seu resolutio Logica , non sit , nisi in duas partes , videlicet in subiectum , & prædicatum , unumquodque totale in suo genere .

CAP. II.

Objectiones contra definitionem Termini

*O*bjic. 1. Malè definitur Terminus per ordinem ad propositionem . Preb.

f. In 2. Ecriber. Lect. 2.

1. quia sic definitus per aliquid ignotius; propositio enim ignorior est Terminus. 2. quia potius definitus esset per ordinem ad syllogismum: tum quia nullum agnoscimus Terminum Logicum, præter syllogisticum: tum quia, teste D. Thomâ, Logica de dictionibus tractat *sob ratiōne terminorum*, secundum quod *ex eis* constituitur *ordo syllogisticus*. Obiectio in primis impugnat Aristotelens, communem hac in re Magistrum, qui solius meminit propositionis, dum Terminum explicitu. Deinde.

2. Resp. neg. primum assertum. Ad 1. prob.: propositio, prout scientiæ explicabilis, forsan ignorior est Terminus. Ceterum notitia propositionis confusa, & vulgaris (qualis in praesenti sufficit,) faciliore est, quam notitia definitiva Termini Logici. Facilius quippe novit, etiam non Dialecticus, propositionem appellare quodvis dictum, in quo aliquid affirmatur, aut negatur, quam Terminum Logicum definire. Sic quisvis de vulgo dignoscit Hominem, & à brutis discernit, quin animum rationalem definire sciat. Cepte tritum est in Scholis, saepque à D. Thomâ traditum, g. quod composita simplicibus notiora sunt *quoad nos*. Adde quod eodem, aut potiori iure videbitur definiri Terminus per aliquid ignotius, si definiatur per ordinem ad artefactum Logicum in communi.

3. Ad 2. n.g. assumptum, quin obstat duplex subiuncta ratio. Nam in primis, licet omnis Terminus propriè Logicus sit etiam syllogisticus, idest, proximè utilis syllogismo; hæc tamen proxima utilitas, est ratio quædam secundaria, subsecutaque ad munus *partis intermediæ componentis propositionem*, quod munus est primaria Tér-

mini ratio, quam proinde explicare debet definitio essentialis. Scilicet Aristoteles non meminit syllogismi, sed propositionis, dum Terminum explicat; & tamen solum explicat Terminum syllogisticum, iuxta adversarios. Deinde ex ijs verbis D. Thomæ insertur quidem, quod constituere ordinem syllogisticum si munus Termini proprium; at non infertur, quod sic munus primarium, cuius mentio in definitione fieri debet.

4. *Replic.*: quamvis propositio ad syllogismum ordinetur, non ideo definitur per ordinem ad syllogismum: ergo nec terminus definiri debet per ordinem ad propositionem, quamvis ad eam ordinetur. Rsp. conc. Antec. n.g. Conseq. Disputas in eo est, quod nomen *Terminus* in sensu Logico expreſſe impositum est communis sapientum calculo ad significandum munus *Partis* artefacti Logici, vel omnis, vel enunciati: ratio autem *Partis* definiri nequit, nisi per ordinem ad Totum ipsi respondens. At nomen *Propositio*, vel *Enuntiatio*, licet significet rem ex se ordinatum ad syllogismum, non tan.en impositum est ad hunc ordinem primariò significandum, sed ad exp. imendum munus orationis affirmantis, aut negantis; ex quo resultat ordo ad syllogismum, veluti ratio secundaria. Reperitur quidem in plerisque terminis ratio alia primaria, seu prior munere *partis*; illa tamen non significatur voce *Terminus*, sed vocibus *Dictio*, *Nom-n*, *Verbum*, &c.

5. Objec. 1.: definitio Termini cōvenit Copulae propositionis: copula enim, propositionis forma est, & forma in quovis cōposito est pars immediata, & principia. At copula non est Terminus, vt infra tuebimur: ergo definitio nostra convenit alijs à definito. De hoc

argumento Disp. seq. formo redibit. Interim res. : licet in compositis naturalibus forma sit pars præcipua, & immediata ; secus in artificialibus ; in quibus forma non est simpliciter pars , sed partium modus , utpote consistens in coniunctione , & coordinatione partium , que non dicitur pars , nisi cum addito diminuente ut quo. Certe communi usu loquendi inter partes domus seruo computat formam , sed tantum paries , laquearia , Cameræ , &c. ; ut etiam nomine partium statua , non forma , sed caput , brachia , pectus , &c. intelliguntur. Idem ergo dicit de Copula , quæ censetur forma artefacti enunciatiivi.

6. Obj. 3. : definitio tradita non comprehendit terminos propositionis hypotheticæ , seu complexæ ; qui tamen verè sunt termini Logici , utpote vera extrema , partetique artefacti Logici Enunciatiivi. Res. : definitio nostra est ad mentem Aristotelis , qui Terminini appellatione solas partes immediatas propositionis simplicis insignivit. Tum quia , ut notat D. Thomas , h. Aristoteles praetemisit trattatum de hypotheticis enuntiationibus , & syllogismi. Tum maximè , quia nomen Terminii arctavit ad subiectum , & prædicatum , que solius propositionis simplicis partes sunt immediatas.

7. Quocirca definitio nostra comprehendit etiam terminos propositionis. Complexæ ; quia haec nullos proprios terminos habet , præter partes immediatas duarum propositionum simplicium , ex quibus ipsa immediata componitur , scilicet duplex subiectum , duplexque prædicatum ; his quippe solis convenit definitio Terminii. Duæ verè b. In 1. Perib.

propositiones simplices ; sunt quidem partes artefacti enunciatiivi complexi , atque ipsius copula principialis extrema ; sed non ideo sunt termini propriæ Logici , cum non habeant manus subiecti , aut prædicati , ad quod refriaxit Aristoteles nomen. Terminii.

8. Obj. 4. : definitio nostra convenit integræ propositioni : ergo convenit alijs à definito ; propositiō enim essentialiter differt à Termino. Patet Antec. in hac propositione , Petrus est homo est propositio : vbi Tō Petrus est homo , integra propositione est ; & tamen est pars , ex qua immediata componitur simplex propositione. Obiectio militat contra omnes ; qui , quomodolibet Terminum definiant , fateri debent , subiectum , & prædicatum veros esse terminos.. Cum ergo integra propositione possit esse subiectū alterius , poterit esse terminus apud önes.

9. Itaque propositione integra terminus esse potest , tunc solum , cum est pars alterius Cathégoricæ. Id quod optimè cohæret cum essentiali differentiâ , seu diversâ ratione formalis , sib quâ definiti debent Terminus , & Propositio in esse talium. Tum quia datur terminus , qui non sit propositione , & è contrario. Tum quia cuivis enuntiationi penitus intinseca , & essentialis est ratio propositionis ; scilicet verò ratio termini , quæ consistit in superadditâ denominatione partis componentis , &c.. Hinc utraque ratio coniungi potest in eodem complexo ; quia non sunt rationes oppositæ , licet sint diverse. Sic ratio lapidis , & ratio partis domus , diversæ sunt , & diversimode definibiles : & tamen in eodem subiecto coniungi valent.

Pro. Olfic. 5.: partes orationis imperfectae, huius v. g. *Animal rationale*, verè sunt partes artefacti Logici, proindeque verè Termini: ergo non sola pars propositionis est Terminus. *Resp.*: partes artefacti Logici non enunciatiivi, sunt quidem Termini in acceptione latâ, de qua cap. r. n. 1. non tamen in acceptione strictè Logicâ, quæ ex Aristotelis, & communi Sapientum placito ad solius artefacti enunciatiivi partes limitatur. Sunt etiam Termini strictè Logici, quatenus ordinem habent aptitudinis ad Enunciationem, sed cum hoc addito *in actu primo*. Objectiones alias cap. sequ. solutas invenies.

CAP. III.

Quæstiuncula quibusdam ref-
pendetur.

PRO clariore propositæ definitionis luce *Quer.* 1., vtrum Terminus definiti debeat per compositionem, an per resolutionem propositionis, aut syllogismi? Duplex est resolutio: alia *physica*, consistens in reali destructione, seu desitione compositi in partes absque unione remanentes, instar partium dirutæ domus: alia *mentalis*, consistens in mentali examine, seu investigatione partium, quibus constat Compositum. Ut enim inquit D. Thomas, *a* *Duplex est via procedendi ad cognitionem veritatis. Una quidem per modum resolutionis, secundum quam procedimus à compositis ad simplicia, & à toto ad partem... & in hac via perfectitur cognitio veritatis, quando pervenitur ad singulas partes distincte cognoscendas. Alia est via compositionis, &c.*

Ad questionem ergo resp. Terminus per compositionem definiri debet. 1.: quia Logicus intendit scire naturam Termini, prout est utilis ad artem syllogisticam: hæc autem utilitas respondet in munere partis propositionem componentis. 2.: quia resolutio non facit, sed invenit Terminos, sicut non facit, sed invenit partes Compositi: ergo supponit Terminum aliunde essentialiter constitutum, vtique per compositionem. Et hinc 3.: quia minus compendi saltem est prius, & præcipuum in essentiâ Terminis non enim resolutio advenit, nisi post compositionem: definitio autem explicare debet id, quod prius, & præcipuum est in definito.

Oppon. 1. exemplum Aristotelis, qui Terminum per resolutionem definivit, vt constat ex cap. I. n. 4. *Resp.* Aristoteles in primis loquitur de resolutione mentali: ac deinde non tradit definitionem Termini essentialiæ, sed descriptionem à signo, vel effectu, vt ex eo quod mens eviscerando compostum enunciativum inventat Terminos, facile colligatur, Terminum esse partem, ex qua enunciatio componitur. Nec gratis hoc dicimus. Tum quia frequens est apud veteres usus descriptionum eiusmodi, tamquam magis ad tyronum captam, vt notavimus disp. præced. cap. 3. Tum quia communi more loquendi in rebus explicandis resolutio, seu *physica*, seu *mentalis*, non adhibetur, nisi vt signum, aut indicium rei præexistentis. Quo sensu passim, & vere dicimus: *Propositum est, que resolvitur in subiectum, & prædicatum: Homo est, qui resolvitur in Corpus, & Spiritum Mixtum, quid resolvitur in eleminta: & alia huiusmodi: quin eas esse definitiones essentialiæ, quicquam intelligat.*

4 Oppon. 2.: et si resolutio
compositi iam facta sit compositione
posterioris mentalis tamen resolutio
compositi construendi (cum videlicet
quis apud se examinat, quibus parti-
bus constare debeat propositio, aut
syllogismus, quem formare cogitat,) com-
positione prior est: ergo per id ge-
nus resolutionis definendus est Ter-
minus. Resp. Primum illud examen
partium, in primis non est propriè
resolutio, sed apparatus materie:
mentalnis quippe resolutio, teste D.
Thoma supra, procedit à toto ad
partem: quomodo autem procedet
à toto, quod nondum est? Certè
artifex, qui, ad struendam domum,
lapides, & ligna querit, & apparat,
domum resolvere non dicitur. Deinde
id genus resolutionis est etiam
compositione posterioris, sicutem ob-
iectivæ: ideo enim artifex præmisso
examine tiles partes approbat, quia
illæ invenit, & concipit aptè
componentes artefactum prout in
ideâ.

5 Oppon. 3. etymologiam
vocabuli: nam *Terminus* dicitur, quia
resolutionem propositionis, aut syllo-
gismi, terminat, ac finiti ergo propria
Terraini ratio resolutionem respicit.
Confirm.: quia pars, prout actu compo-
nens, potius est principium intrinsecum,
quam terrainus compositi. Resp. 1. ad-
missio *A.v.c.* neg. Conseq.: quia propria
ratio rei significata non semper sequitur
etymologiam. Sic *Homo* dictus est
ab *humo* b; nec ideo propria hominis
ratio respicit humum, aut per humum
definiri debet. Vnde frequenter mo-
net D. Thomas, & aliud esse, à quo
imponitur nomen, & aliud, ad quod
significandum imponitur.

6 Resp. 2. neg. *Antec.*: nam, cum
vox *Terminus* in genere sonet extre-

mum, citra aliam etymologiam aptè
congruit ijs partibus, quæ proposicio-
nis copulam utrumque terminant, ve-
lut duo extrema, consequenterque
propositionem hinc inde finiunt, aut
circumscribunt. Quæ nominis origo
consonat ei, quam tradit S. Isidorus
L. 15. Etymol. c. 14. Ad *Confirm.*: op-
ponitur quidem *principium termini* in
acceptione vulgari, quâ terminus
pro fine sumitur: at in acceptione
Logicâ nihil prohibet, idem esse prin-
cipium intrinsecum, & terminum sub-
eadem ratione: quia principium in-
trinsicum est pars constitutiva Com-
positi, quæ, prout talis, nec excludit
rationem extreami, nec etymologiam
nunc explicatam Sic ora maritima ter-
minus dicitur Hispania, etiam cum in-
ter partes eius actuales numeratur.
Principium (inquit Aristot. d) *terminus qui-
dâ est; sed non omnis terminus principium.*

7 *Quer.* 2., utrum de essentiâ
Termini sit actu componere proposi-
tionem, an verò sola aptitudo ad
componendum? Resp. *Terminus* actualis nullus est, nisi qui actu componit;
quamvis aptitudo sufficiat, vt dicatur
Terminus in potentia, sive in actu
primo. Constat 1. ex Aristotele, qui
nullum agnoscit *Terminus*, præter
subiectum, & prædicatum. At actuale
subiectum, aut prædicatum, pro-
culdubio importat compositionem
actualem. Constat 2.: quia nemo ferè
negat, *Terminus* esse partem, vel
omnis, vel aliquius artefacti Logici;
sed de ratione partis actualis est actu
constituere totum: ergo de ratione
Termini actualis est actu constituere
Logicum artefactum.

8 *Prob. Min.*: de ratione totius
actualis est actu constituum esse ex
partibus: ergo de ratione partis ac-
tualis, &c. Patet conseq.: quia pars,
&c

b *Isidor. L. 1. etymol. 29.* — *c v.g. in I. Phys. Lett. 4.* — *d 5. Metaph. cap. 17.*

& totum correlativa sunt: vnde sicut repugnat actuale totum sine parte actuali, ita repugnat actualis pars sine toto actuali, quod constitutat. Et alioqui, si mera aptitudo sufficeat ad rationem partis actualis, meum Corpus, aut materia prima, verè esset pars actualis in nitorum hominum purè possibilium; & quadratus lapis diceretur etiam actualis pars infinitorum templorum, pontium, pyramidum &c., quibus consti-
tueris indifferenter idoneus est: quæ tamen à communi sensu aliena sunt. Hac facit auctoritas Div. Thomæ Opusculi. (q. 10, l. c. computatum inter incerta, ab ipsis tamen Thomistis allegatur) cap. 10. ibi: Pars sic est in toto, quod tam in fine toto esse posse, non quid in sub ratione partis, cum pars impo-
ret relationem ad totum, vnde pars, & pars, fine toto esse non potest, cum rela-
tiva sint simili; sed secundum quod res
quædam est.

9. Objic. 1.: de ratione partis actualis non est actu componere: ergo nec de ratione Termini actualis. *Prob.* Antec. tum in naturalibus: nam anima rationalis, à corpore soluta, est actu pars hominis, cum semper maneat actualis forma, & actus primus humani compositi. Tum in artificialibus: nam lapis, anguli formâ politus, est actu pars domus, quanvis nondum actu componat: idemque, formatus in caput, est actu pars status, licet nondum reliquis partibus coniunctus: item, qui militia nomen dedit, est actu pars exercitus, priusquam ad castra perveniat.

10. *Resp. n. g.* Antec. cum omni-
bus in exemplum adductis. Nam anima separata sola est pars homini-
nis in actu primo, sive in potentia: quan-
vis in hoc sensu vocetur pars peculiari-
titulo, quia scilicet intrinseca, &

essentialiter habet hunc ordinem apti-
tudinis ad humanum compositum. Si-
militer nonnisi in actu primo, seu in
aptitudine, manet forma, & actus
humani compositi (sic tamen, ut
eiusmodi aptitudo sit essentialis, con-
iunctaque cum exigentia intrinseca
informandi, & actuandi): ratio est;
quia correlativum forme, sive actus,
est subiectum: unde, sicut materia Cada-
veris non manet actuale subiectum ho-
minis: nec anima retinet actualem
rationem formæ, vel actus. V. l. dico,
hæc nomina communis usu imposita
esse ad significandum, non tam exerci-
tum, quam aptitudinem per se, &
essentialē: quod non accidit in nomi-
ne pars, vt ex nostrâ probatione cōstat.

11. Falsum pariter est, quod lapis, quantumvis expolitus, sit actualis pars domus, aut status, quæ nondum existit; vti & quod miles dicatur actualis pars exercitus nondum existentis. Quæ à naturâ, vel ab arte per se destinantur ad futuram compo-
sitionem, vocantur quidem partes magis propriæ, quam quæ per accidens ordinantur: ceterum ea maior pro-
prietas semper manet intra lineam
partis in actu primo. *Replic.*: La-
pis arte politus, actualiter est quid artificiale; sed non per modum Totius: ergo per modum Partis. *Cœcif.*
Mai. dist. Min.: non per modum Totius respectu materiae, & formæ adi-
ficij, conc.; respectu propriæ mate-
riæ, & formæ, neg. *Min.* *E Conseq.*: talis quippe lapis constat materiâ la-
pideâ, & artificiosâ positione, tamquam
formâ, quarû respectu verè Totum est,
quanvis ultra ordinetur, vt pars in
potentia proximâ, ad adificium, quæ
admodum ordinatur partes, vel colum-
na, licet proprijs iam partibus confiteat.

12. Objic. 2. Terminus, vt talis,
pertinet ad primam intellectus
oper-

operationem; sed, ut actu componens, iam pertinet ad secundam: ergo Terminus, et talis, non debet intelligi ut actu componens. *Dif. Mai.*: Terminus in actu primo, sive in potentia proxima, conc.; actualis, sive in actu secondo, neg. *Mai.* & *conces.* *Min.* similiter *dif. conseq.* Non enim intelligitur Terminus actualis, nisi intra propositionem, quæ secunda intellectus operatio est. *Repli.*: Terminus, iuxta doctrinam Aristotelis. *Metaph. cap. 17.*, est id, *intra quod omnia rei terminatae continentur*; ergo Terminus debet non ingredi constitutionem rei, quam terminas; aliter continetur intra semiperiplum. *Resp.* Aristoteles varias ibi recenset acceptiones Termini, quas fecerit tergitimus *supra cap. 1. num. 1.* & quas inter comprehendit partes, seu principia intrinseca, immo & intimam rei terminatae quidditatem, ut legenti constabit. Quare verbis illis, *Intra quod omnia*, scilicet designat Terminum extrinsecum, cuiusmodi est Litus respectu maris: ac deinde subiungit notiones alias Terminis intrinsecis congruentes.

Objic. 3.: Nomen est species Terminii; sed extra propositionem reperitur Nomen actuale: ergo & Terminus actualis. *Dif. Mai.*: dum Terminus accipitur penes substratum, seu materiam, conc.; dum accipitur etiam peaces formam, neg. *Mai.*, & *conces.* *Min. neg. conseq.* Itaque Nomen, nude sumptum, non includit formale Termini, donec accedat compositio, ratione cuius evadat subiectum, aut prædicatum. Quia tamen loquimur paucim de Termino pro materiali, seu penes substratum; ideo Nomen paucim dicitur

Species Terminii; nec non quia simpliciter est species Terminii sumpti in actu primo.

14. Objic. 4.: extra syllogismum datur Terminus syllogisticus actualis: ergo & actualis Terminus Logicus extra propositionem. *Neg. Antic.*: quia Terminus syllogisticus actualis non est, nisi prout substantia denominationibus *Medij*, *Extremi maioris*, aut *Extremi minoris*; quæ actualiter postulant dispositionem terminorum iuxta regulas syllogisticas. Unde extra syllogismum, Terminus syllogisticus non nisi in aptitudine reperitur.

15. Ex dictis inferes, quæ sit materia, quæ forma Termini actualis. Materia est quodcumque signum (aut etiam vox non significativa) habbit munus subiecti, aut prædicati; & quia ad id munus substeinitur compositioni, seu copula, dicitur *subjectum*. Forma est ipsa formalis copula propositionis, quæ signum continuatur in esse partis actualis, redditurque subiectum, aut prædicatum.

16. Moneo tamen, sape nomina absolute dici de rebus ratione solius potentiae, vel aptitudinis, præseiri proxima, ut docet cum Philosopho D. Thomas, f. Sic v. g. nomina, *Principium*, *Causa*, *Obiectum*, absolute dicuntur vi solius potentiae; ut cum Homo, non actu diligens, dicitur *principium diligendi*, & color, actu non visus, dicitur *objecum potentiae visivæ*. Hoc igitur sensu dictio quævis ad propositionem idoneam, licet nondum actu compónens, absolute vocari solet, & à nobis vocabitur *Terminus Logicus*; sic tamen, ut semper intelligamus *Terminum in actu primo*.

17. Quar. 3.: an *Terminus enun-*

Enunciatio distinguitur debeat à *syllogisticis*? *Resp.* Omnis terminus *enunciatus* est etiam *Syllogisticus* sed cum hoc discrimine, quod *Enunciatus* in actu primo, sive in aptitudine proxima, est *Syllogisticus* in aptitudine remota; *Enunciatus* actualis, est *Syllogisticus* in aptitudine proxima; ac demum *Syllogisticus* actualis superaddit actuali *Enunciatio* denominaciones. *Medij*, *Extremi maioris*, aut *minoris*, quas trahit ab actuali compositione *Syllogismi*. Unde Aristoteles cit. i. Prior. c. r. solum descripsit *Terminus* *Syllogisticum* in *potentia proxima*, magisque voluit attendi *primitam formalitatem Enunciati actualis*, quæ resplendet in inuare *Subiectum*, & *Pradicari* propositionis; quod manus duntaxat exhibit *Aristotelica* *descriptio*. Ex quo etiam sit, ut ibi accipiatur *Propositio*, quatenus *Enunciatio* est, non vero quatenus sonat antiqua phrasē *Maiorem* *actualem Syllogismi*.

18. Quer. 4., num adiectiva nomina, pronomina, adverbia, casus obliqui, & alia syncategoremata, *Terminos* inter numerari debeant? *Resp.* Regula generalis sit. Quidquid se loio potest esse *subiectum*, aut *Pradicatur*, est *Terminus* in esse partis immediatae completus. (scilicet *Terminus actualis* intra propositiones, in quibus gerit id munus, & extra illas *Terminus in potentia*, non nisi respectu earumdem); quidquid vero tale munus gerere nequit nisi in *conformatio alterius*, ut summum est *Terminus partialis*. Hinc adiectiva nomina, & pronomina, completere sunt *Termini*. At adverbia, casus obliqui, & cetera syncategoremata, ut summum erunt *Termini partiales*. Quod intellige, nisi materialiter accipiuntur: tunc enim

poterunt esse *Termini sine confortio alterius*, v. g. in hoc enunciato, *Velociter est adverbium*. Monuerim tamecum D. Thom., & coniunctiones, & alia syncategoremata, formaliter accepta, non computari simpliciter inter *Termini* etiam partiales; quia non tam constitunt ut partes, quam ut affectiones, aut modi partium.

C A P. IV.

Multiplex divisio Termini recensetur,
et exponitur.

Terminus generaliter dividitur in *formalem*, & *objectionum*. *Formalis* (quem explicare nunc intendimus) est pars enunciationis *formalis*, id est, illius actus, quo potentia enuntiat *objectum*. *Objecitivus* est ipsum *termini formalis objectum*. Præterea *Terminus ratione formæ*, seu compositionis *actualis*, generaliter dividitur in *subjectum*, & *pradicatum*, quas denominationes tribuit copula penes diversos respectus. Ceterum in praesenti enumeraunce sunt divisiones *Termini pro materiali*, seu penes *substratum*, videlicet penes illam entitatem, dictiōnem ve, quæ à copula suscipit denominationem *termini actualis*: ex *Terminis enim* sic acceptis pendet propositionum sensus, ac veritas.

S. I.

Terminus Mentalis, Vocalis, & Scriptus.

Terminus ergo dividitur i. in mentalem, vocalem, & scriptum. *Mentalis* est conceptus, ex quo, velut ex parte,

immediatè componitur propositionis mentalis. *Vocalis* est pars immediata propositionis vocalis. *Scriptus* sunt characteres respondentes vocibus: quòd pertinent quilibet externi nutus, si sat satis exprimant, & suppleant voces. An divisione ista sit analoga? Quæstio est, ab eâ dependens, quia inquiritur, vtrum voces propriè participent artificium Logicum? Alibi proinde solvenda est.

3 Mentalis Terminus dividitur in ultimatum, & non ultimum. *Ultimatus* est conceptus, qui ex signo percipit rem significatam. Nec opus est pliù quam vulgariter percipere. Unde, cum Grammaticus ex voce *ignis* intelligit ignem, sibi via notum, quanvis non Philosophice cognitum, conceptum habet Ultimatum. Opus est tamen notitia rei, prout tali voce significatur. Nam qui Petrum novit, si nesciat, illum significari voce Petrus, signum non peacetrat ultimatu. Non *Ultimatus* est, qui signum percipit, & significatum ignorat, vel non attendit, saltem directè. Sic Latinitatis ignarus, dum verba Latina audit, conceptus format non ultimatos.

4 Dividitur item mentalis Terminus in reflexum, & directum. *Reflexus*, est, qui respicit alios actus eiusdem potentie, ut cum cognosco me cognoscere. *Vox*, quæ significat voces alias eodem ore prolatas, posset dici reflexa: sed tamen hoc nominis solis conceptibus communiter attribuitur. *Directus* est, qui rem significat ab actibus eiusdem potentie distinctam. Alias conceptuum species Animistica dabit.

5 Terminus Vocalis, alias est significativus ad placitum, ut vox humana; alias non ita significativus,

ut *blitti*. Quæ divisione locum pariter habet in Termino Scripto. Reliquas Terminorum divisiones in solo ferè vocali termino explicabimus. Quanvis enim plerique ad terminum quoque mentalem transferri valeant; clariss tamen explicantur, & facilis percipiuntur in vocibus.

S. II.

Terminus Cathegoreticus

SynCathegoreticus.

6 **D**ividitur 2. *Terminus in Cathegoreticum, & Syncathegoreticum.* Vocatur *Cathegoreticus*, qui per se significativus est, id est, qui certum habet significatum, ita ut sine alterius consortio subjici possit, vel saltem praedicari: cuiusmodi sunt omnia nomina substantiva, & ferè pronomina. *SynCathegoreticus* dicitur, qui non est per se significativus, sed tantum cop-significativus, id est, tali modo significans, ut absque alterius fulcro nec subjici possit, nec praedicari. Huiusmodi sunt signa, *omnis*, *nullus*, *aliquis*, & similia: item particula *non*, coniunctiones, & adverbia: quæ quidem, licet alijs adiuncta. Terminis, eorum significatiōem augeant, minuant, varieque modifcent, per se tamen subiecti, aut praedicti munus subire nequeunt, formaliter accepta.

7 Propterea *SynCathegoremia* comparari solet littera O in Arithmetica: quæ littera, eti numeris addita valorem augeat, per se tamen nullum indicat numerum. Sed melius forsitan comparatur Litteris consonantibus semivocalibus, quæ seorsim à vocali Littera non nisi imperfecte lo-

sonant. Duabus hisce speciebus ad-
duunt aliqui Terminum mixtum, qui
virtute continet utrumque, catego-
rem, & syncategoremam; v. g. *Nemo,*
Nihil; quæ perinde valere putantur,
ac *Nullus Homo*, *Nulla res*. Notabis
hic, casus obliquos terminis syncate-
gorematicis annumerandos esse: in ijs
enim (dummodo obliquitas non sit
pure Grammatica; sed verè Logi-
ca) reperitur significandi modus,
per se, & absque aliis termini con-
fertio insufficiens ad munus subiec-
ti, & prædicati: qui modus signi-
ficandi proprius character est syn-
categorematis, quidquid alij recla-
ment. Notabis etiam, divisionem
istam nec univocam esse, nec prop-
riam: quia terminus syncategore-
maticus non est simpliciter Terminus,
sed ut summum cum addito *par-*
tialiter, iuxta dicta ad fin. cap. præced.

8. Sed Quæres, an etiam
nomina adiectiva pro syncategorema-
ticis habenda sint? Affirmant ali-
qui: eo quod adiectivum quod-
vis verè sit consignificativum, seu
postulet aliud terminum, quo cum
significet, non minus quam termi-
nus *Aliquis* v. g. Quod si dicas, ad-
iectivum posse se solo prædicari, ut
Petrus est albus; contrà est, quod etiam
Aliquis poterit similiter prædicari,
ut *Petrus est alquis*. Si responderes,
subintelligi *homo aliquis*; id ti-
bi dictum habebis pro termino
Albus. Oppositum tamen communi-
nus, & verius est: quia adiec-
tivum *Albus* v. g., non modo
significationem habet completam
quantum ad formam albedinis, sed
passim etiam prædicatur absque ful-
cro substantivi subintellexi. Ut enim
quis plenè intelligat, attribui Pe-
tro unionem cum albedine, dum au-
dit *Petrus est albus*, non opus est

alium subaudire terminum ex parte
prædicati, nec quisquam de eo co-
gitat, nisi fallor. Qua de causâ cum
solo subiecto Grammaticè concordat
adiectivum, quasi non-alio suffi-
fultum substantivo: dicimus enim,
Mancipium est album, cum tamen
albus dici deberet, si terminus *bo-*
nis lateret inibit.

9. Contrà terminus *Aliquis*,
adiectivè sumptus, nec certam habet
significatum, nec auditur sine expecta-
tione alterius termini, quo cum præ-
dicetur. Qui enim audit, *Petrus est ali-*
quis, expectat quasi pendulus, quid-
nam dicatur esse Petrus, num aliquis
homo, aliquis leo, hircocervus ali-
quis &c, nisi ex circumstantijs subin-
telligat. Dixi, adiectivè sumptus: quia
nonnunquam accipitur quasi substi-
tutivè pro nomine alicuius honoris, ac
pretij; ut bene notat Letinus ad illa
verba Act. cap. 5. Extitit Theodas, di-
cens se esse aliquem: quò etiam pertinet
illud Iuvenalis, *Aude aliquid brevibus*
Gyaris, & *carcere dignum*, si vis esse
aliquis. Tunc autem evadit terminus
cathegorematicus, vel, si mavis, mix-
tus.

§. III.

Terminus Communis & *Singularis*,
Transcendens, & *Intranscendens*,
Univocus, & *Æquivocus*.

10. **D**ividitur 3. in communem,
& singularem. *Communi-*
nis, alius est voce te-
nus, nimirum æquivocus, de
quo infra: alius, & voce, & re
significata, qui & *universalis* nun-
cupatur, is scilicet, qui potest verè
affirmari de multis singilla-
tum, eo quod ratio significata mul-
tiplicari possit in eis. Sic *homo*
terminus est *communis*, atque
etiam

etiam *Sol*, quia verè possunt à Deo multiplicari Soles. Eodem sensu exponitur definitio Thomistica termini communis, nempe, qui significat plura diversim *Singularis*, quem & *dificetum* vocant, est, qui de uno tantum affirmari potest, v.g. *Petrus*, aut etiam *Salmantica*; quiterminus, licet plures significet cives, & domos, omnes tamen colligit in unum quid, nec valet divisionem affirmari de singulis.

Singularis, alias est *determinatus*, quæc Grammatici nomen proprium appellant, vt *Petrus*, *Alexander*; alias *demonstratus*, qui ex termino alias communis, & signo demonstrativo conficitur, vt *hic homo*; alias ex *hypothesi*, vel *suppositione*, vt *Virginis filius*; quod accipitur veluti nomen proprium Christi Domini, qui ex fide Divina supponitur unus. *Déiparæ Virginis Filius*. Adducat aliqui *singularem vagam*, vt *quidam homo*; quo indeterminate signatur aliquod individuum humanæ naturæ. Huiusmodi tamen terminus propriæ singularis non est, sed magis vaiverali propinquus, vel, si mavis, medius inter utrumque. Ubi nota, terminum *Quidam* non semper vagè significare, sed aliquando certam, licet innominatam, designare personam; vt obseruat Maldonatus ad illa verba Domini, *a Ita sia civitatem ad quendam*.

12 Communis vero, alias est *Transcendentis*, alias *Intranscendentis*. Terminis transcendentibus dicuntur, qui per omnia rerum genera divagaantur, notanturque literis huius barbaræ dictionis REVBAV; ubi prima cerniis elementa istarum sex dictionum, *Rex*, *Eus*, *Verum*, *Bonum*, *Alliquid*, *Vnam*; quæ de qualibet positiva quiditate verificantur. Intranscendentibus terminis sunt, qui certis generibus adstringuntur, vt *Lapis*, *Arbor*, *Ani-*

mæ. Sunt & termini *Supertranscendentis*, qui entibus, non modo veris, sed fictis etiam, ac purè negativis aptantur, vt *Apprehensibile*, *Cogitabile*.

13 Terminus item Communis, divisione licet impropriæ, dispescitur in *univocum*, & *æquivocum*. *Univocus*, qui propriæ communis est, significat immediate rationem, in qua plura propriæ convenientia, seu quæ propriæ multiplicari valet in pluribus, vt *Homo*, vel *animal*. *Æquivocus* est, qui plura inter se diversa significat, quatenus diversa. Sic nomen *Gallus*, & avem significat, & Francum hominem; in quibus nihil reputatur communæ, quod immediate significetur voce *Gallus*. Quamvis enim convenientia ratione corporis, aut *animalis*, hæc tamen ratio non exprimitur eo nomine. Unde talis terminus non nisi voce tenus communis est. Nomen singulare, prout varijs individuis, quæ talibus, impostum, æquivocis accenseretur, v.g. nomen *Joanni*, quatenus dicitur de Baptista, Evangelista, Chrysostomo, &c. *Æquivocus*, alias est à *cuso*, is nempe, quem modo explicimus, quique impliciter *æquivocus* appellatur, alias à *confilio*, quem & *Analogum* vocamus.

14 *Analogus* igitur est, qui significat rationem convenientem pluribus, sed non eadem proprietate, & titulo. Sic nomen *Sanus* analogice communis est cibo, pulsui, & hominis no tamen pari titulo. Nam homini convenit propriæ, & principaliter; at cibo non nisi quia causat, pulsui, quia indicat hominis sanitatem. Sic etiam non tantum homines, sed & prata, ridere dicuntur: pratis tamen non nisi impropriæ risus aptatur, propter floræ hilaritatis speciem. Quando nomen, vitra propriam significatum, ad alia extenditur titulo signi, causæ,

vel effectus, vocatur *analogum attributionis*, ut in exemplo sanitatis: quando utem titulo cuiusdam similitudinis, *Analogum proportionis*, ut in exemplo risus. De his in Logica fuisse, & accuratius.

15 Communis regula est, quod *Analogum per se sumptum*, stat pro famosiore analogato: id est, quando ponitur absque addito, vel contextu restringente, vel alienante, accipitur pro significato proprio, & principali. v. g. cum dico, *vidi hominem*, vivum hominem cogita, et si nomen *homo* analogice conveniat etiam mortuo, & picto. Notari quoque solet, tam aquivocum, quam analogum, fieri univocum per additum restrictivum, v. g. *canis marinus*, *nodus humanus*; quae determinatio pariter provenire potest a predicato, vel subiecto, v. g. *Et Canis in somnis Leporis vestigia latrat*, — *Et docti riferunt floribus annes*.

S. IV.

Terminus Collectivus, & *Divisivus*.
Complexus, & *Incomplexus*, *Primum*, & *Secundum*, *Secundæ intentionis*.

16 Dividitur 4. in *Collectivum*, & *Divisivum*. Primus est, qui significat plura copulativum, seu collective, vt *Roma*, *Salmantica*, & similes. Secundus est, qui modum significandi non ita copulativum habet, vt *Petrus*, *Homo*. Ubique cernis, terminum *Divisivum*, posse, vel singularem esse, vel communem. *Collectivus* quoque singularis est, cum certam quoddam aggregarum designat, vt *Roma*; communis vero, cum de multiplici collectiore seorsim affirmari potest, vt *Civitas*.

17 Dividitur 5. in *Complexum*, & *Incomplexum*. Prior est, in-


quo aliqua salt in pars significat separatim, v. g. haec dictio complexa, *Homo doctus*. Ut plures dictiones unum efficiant terminum complexum, necesse est aliquomodo vniuersitatem, seu coniunctionem, seu disunctionem, seu appositionem, seu concordantiam, alio ve nexus grammaticalii. Item necesse est, ut aliquam obiecti distinctionem exhibeant, vel exercite faciant ex diverso modo significandi: unde aggregatum ex vocibus synonymis, v. g. *Marcus Tullius Cicero*, non est terminus Logice Complexus. Posterior est, in quo nulla pars significat separativam. Quare hi termini v. g. *Dominus*, *Salmantica*, sunt Incomplexi: quia licet eorum partes, *do*, & *minis*, *Sal*, & *mantica*, seorsim acceptae significent, duia tamen coeunt in unum nomen, non aliqua in eo separatim, sed omnes coniunctim significant unum quid. Vide dicta pro definitione Nominis Aristotele.

18 Dividitur 6. in *Terminus prime intentionis*, qui rem significat, prout est in se, independenter ab actibus intellectus, v. g. *Petrus*; & in *Terminus secundæ intentionis*, qui rem significat, ut cognitam hoc, vel illo modo, & quasi actu intellectus investitam, vt *Genus*, *Species*, &c.: animal enim v. g. secundum se non est genus, sed ut cognitum per actum praescivum.

S. V.

Terminus Concretus, & *Abstractus*, *Connotatus*, & *Absolutus*, *Denominans*, & *Denominatus*.

19 Dividitur 7. in *Concretum*, & *Abstractum*. *Concretus* significat rem compontam, sive ex subiecto, & forma, vt



Album, sive ex supposito, & natura, ut *Homo*. Appellatur *concretus*, vel à *concerno*, quia scilicet formam ita significat, ut concernat subiectum, à quo habetur; vel potius à *concreto*, quia videlicet signat quid compositum, aut coniunctinatum ex formâ, & subiecto. *Abstractus* significat solam formam, velut à subiecto avulsam; ut *Albedo*, *Humanitas*; vel, ut ait D. Thomas, b. significat id, quo aliquid est.

20. Notabis hic 1., *Concreta* vocari *substantialia*, cum ex partibus *substantialibus* coalescent, ut *Homo*, *Leo*, &c. Hæc important *in recto* formam, non minus, si non magis, quam subiectum: ideoque pluraliter usurpari nequeunt, quin forma, quam præferunt, multiplicetur. At quæ ex aliquo accidenti constituuntur, *Concreta accidentalia* nuncupantur, ut *Album*, *Calidum*, &c. Hæc *absolutè dicta*, solum subiectum *in recto* important, *in obliquo* formam, possuntque ex solius pluralitate subiecti pluraliter usurpari. Id autem apud Logicos importatur *in recto*, quod velut in solidum sustinet *denominationes concreto attributas*: *in obliquo* autem id, quo, seu ratione cuius aliud fastinet *denominationes*, vel saltē id, quod eas nec suscipit, nec impedit. Hæc pertinent *Locutiones illæ*, ut *quod*, & *et quo*.

21. Notabis 2., alios esse terminos *concretos* propriè, & re ipsa; alios imitativè, & impropriè, sive ex puro modo significādi. Prioris generis sunt, qui significant veram compositionem formæ, & subiecti, que vel realiter, vel saltē perfectâ distinctione rationis distinguantur, ut contingit in plerisque *concretis* creaturarum. Secundi generis sunt, qui, licet res significant omnino simplices, formantur tamen instar nominum rerum com-

positarum, ut evenit in nomine *Deus*, nec non in alijs *concretis*, prout de Deo predicantur. Huc pertinent quædam *concreta*, quæ nullatenus ab abstractis differunt, nisi merā terminatione vocabuli: ut *Ens*, & *Entitas*, *Res*, & *Realitas*.

22. Dividitur 8. in *Connovitum*, & *Absolutum*. Dicitur *Connovitus*, qui aliquid distinctè significat, aliud confusè notando simul, vel indicando. *Absolutus* verò, qui suum expressum significatum rotundè exhibet citrè mentionem alterius. *Connovitus* est duplex: alter *Relativus*, qui rem significat cum respectu, sive ordine ad aliud, qui ordo ex genere suo non importat inhæsionem, v.g. vox *servus* formaliter significat servitatem cum respectu ad Dominum, quem confusè notat, quanvis non ut subiectum, cui servitus inhæreat. Idem accidit in vocibus, *Pater*, *Filius*, *Rex*, *Subditus*, & innumeris alijs. Hinc terminus *Absolutus*, prout contraponitur *Relativo*, ille est, qui sine tali re pectu, seu relatione significat, ut *Homo*, *Leo*, *Album*, *Calidum*, &c.

23. Alter verò *Connovitus* (de quo præcipue sermo est in praesenti) est, qui significat rem per modum *alteri adjacentis*, id est, qui distinctè significat aliquid, tanquam formam adiacentem alicui subiecto, de quo proinde meminit confusè. Ex. c. *Fusus* significat distinctè iustitiam, tanquam formam, quæ actu subiectum afficit, ipsique adiacet: quo fit, ut confusè intelligere nos faciat subiectum aliquid, non explicando quodnam sit. Unde terminus *Absolutus*, prout huiusmodi *Connovitivo* contraponitur, est, qui significat rem per modum per se stant, id est, ablique mentione subiecti, cui adjaceat: qui significandi modus imitatur modum el-

sendi substantia^e, cuius est per se
stare, quin subiecto inhæreat. Id-
circò hi termini, *Deus*, *Homo*, *Albedo*,
Justitia, & similes, sunt *Absoluti*.

24. Super huiuscmodi con-
notatio not. i. duplex illi esse sig-
nificatum, materiale, & formale.
Materiale, quod & *substratum* dici-
tur, est subiectum, quod connotat:
formale est forma, quam exprimit;
imò hæc dicitur significatum unicum
apud Antiquiores, apud quos conno-
tatio pura non est significatio. Hinc
est vetus illa regula, *connotativum*
aliud significat, & de alio dicitur, id est,
solam formam significat, & tamen
pro subiecto, quod pure connotat,
supponitur, de illoque prædicatur.

25. Not. 2., adiectivum om-
ne esse connotativum, at non vice
versa; plura quippe substantiva nomi-
na pro connotatiis habentur, v. g.
Artifex, *Miles*, *Imperator*, & quæcum-
que nomina munus aliquod præse-
runt, formam vè subiecto adventitiam,
& quasi essentia ipsius superadditam.
3., omne connotativum esse concre-
tum, non tamen è converso: nam
Homo, *Leo*, & alia ferè concre-
ta substantialia, connotativa non
sunt, sed absoluta, eo quod non
significant naturam substantialem,
quasi adiacentem, sed potius quasi
per se stantem in supposito. Unde
fit quoque, vt terminus *Absolutus* la-
tiūs pateat, quām *Abstractus*; com-
prehendit enim omnes abstractos,
& multos præterea concretos.

26. 4., nomine Connotativo
non semper exprimi formam acciden-
talem, vt cernitur in his, *Lignum*,
Aureum, *Lapidum*, quatenus de figu-
ris dicuntur: item, nec semper for-
mam positivam, vt patet in his, *Cecum*,
Surdum. Sufficit ergo quod formale sig-
nificantum appareat ex modo signifi-

candi quasi adiectuna, vel advenitium
subiecto, licet alioqui substantiale sit,
aut negativum. Nisi malis, vt hæc
sint connotativa, non propria, sed
imitata, quod non improbe.

27. 5. deraum, hoc esse dif-
crimen inter *Relativum*, & *Connotati-
vum* hucusque expostum; quòd prius
nomen connotat aliud, non vt subiec-
tum, de quo dicatur, sed vt terminum
cuiusdam respectus: posterius vero,
connotat aliud tanquam formæ sig-
nificate subiectum, de quo dicatur no-
men ipsum. Quare, cum vtrumque
vocabi soleat *Connotativum*, sic discerni
possunt, vt alterum vocetur *Connotati-
vum relatione*, alterum *Connotativum
concretione*. Quanquam vtraque appellatio
sæpe convenit eidem nomini
respectu diversorum, v. g. nomini
Servus, quod relatione connotat Domi-
num, *concretione* subiectum servitutis.

28. Dividitur 9. in Denomi-
nativum, & Denominantem. *Denomi-
nativus* definitur, *Connotativus*, qui ab
alio simpliciori vocabulo & voce, & sig-
nificatione deducitur: v. g. *Candidum*,
quod à Candore, *Justum*, quod à Jus-
titia derivatur. *Seruo* autem est de
rationali derivatione, quæ ex ipsâ re-
rum naturâ petitur: nam attentâ deri-
vatione, merè Grammaticâ, potius
iustitia à genitivo *justi* deduci-
tur. Porro definitio hæc excludit in
principiis terminos absolutos, vt *Homo*,
Equus, &c; ac eos præterea conno-
tativos, qui non ab uno, eodemque ter-
mino, tam voce, quām significatio-
ne, trahuntur. V. g. *Studiosus*, quatenus
signat virtute prædictum, connotativus
est; sed quia sola voce trahitur à termi-
no *Studio*, sola autem significacione à
termino *virtus*. *Denominans* non
est. *Denominans* est, à quo aliis voce,
ac significatio deducitur: v. g. *Candor*,
Justitia.

2. Tria hic adverte. 1: idem nomen potest esse Dominativum, & Denominans respectu diversorum; v.g. *Candidam*, si compareatur cum hicie, *Candor*, *Candidatum*. Ex quo etiam fit, ut non omne Denominans sit Abstractum. 2: in omni Denominativo duplex emicat respectus, alter ad nomen Denominans, alter ad subiectum, de quo dicitur, sive ad rem, quam connotat, & quae res denominata vocatur. 3: aliud est denominative praedicari, aliud essentialiter: nam denominative praedicatur, quod subiecto attribuitur ut quid accidentarium, sive extra essentiam eius; essentialiter vero, quod ad essentiam subiecti pertinet. Sic *Rationale* denominative dicitur de Animali, essentialiter de quovis homine. Passim tamen quilibet *Attributa*, seu *Prædicta*, etiam essentialia, quæ de re aliqua dicuntur, *Denominationes* appellantur.

S. VI.

Terminus Finitus, & *Infinitus*, *Positivus*, *Privativus*, & *Negativus*.

30 Dicitur. 10. in Terminos Finitum, & Infinitum. *Finitus* esse dicitur, qui ex modo significandi aliquid determinate significat. *Infinitus* vero, qui ex vi sive significacionis nibil determinate significat. Sed claris dixeris, terminum Infinitum esse, qui aliquid a terminate excludit, & Cetera omnia confusè, atque inde determinate includit ex modo significandi: Hacum vero, quicunque modum ipsum significandi non habet. Ita colligitur ex Philosopho qui nominis infiniti appellationem inventit pro vocabulis hicie, *Non-homo*, *Non-leo*, &

similibus, quæ sic exponantur, *Quod non est homo*, *Quod non est leo*, &c. Porro *Non-homo* determinat removet hominem, quo excepto, infinitè vagatur per entia, & non entia, sive per cetera omnia, quæ sunt, & quæ non sunt, tum vera, tum ficta. Verè quippe dicitur, *Lapis est non-homo*, *Chimera est non-homo*, *Caronix rei est non-homo*.

31 Quavis autem ab hac infinitudine deducta sit appellatio *infiniti*, non idcirco *infinitus* eodem sensu dicitur quicunque terminus infinitè extenditur, nisi pariter habeat significandi modum, partim exclusivam expreſſe, partim assertivum confusè: neque enim paritas etymologiae fundat appellationis paritatem; alias appellaretur *homo* quidquid ab *homo* trahit originem. Quo sit, ut terminus transcendens, aut supertranscendens non appelletur *infinitus* in praesentium. Notatur hic passim, particulam non accipi *infinitus*, cum afficit terminum, neg. inter ve: ò, cum afficit verbum; tuncque propositionem reddere negativa. Unde propositio, *Non homo currit*, si Ly non afficiat verbum currit, erit negativa: si vero solum afficiat terminum *homo*, erit affirmativa de termino infinito, sic exponenda, *Quod non est homo, currit*.

32 Nec audiendi Thomistæ, dum terminum *Non-homo* sic exponunt *Quidquid non est homo*: alias propositio, *Lapis est non-homo*, vera non esset neque enim *Lapis* est quidquid non est *homo*, ut per se patet. Is igitur terminus sic exponendus, *Quod non est homo*, sumpto Ly quod indefinitè, sive indeterminate, quasi dixeris, *Aliiquid quod non est homo*. Sed quomodo, inquis, *Non-homo* verificabitur de non entibus, quæ non sunt. *Aliquid?* Resp.: terminus *Aliiquid*, aliquæ

ex transcendentibus nonnulli, quamvis propriè solis veris, ac positivis entibus coaveniant, sepe tamen obponeriam vocum extenuantur per alienationē, aut ampliationē, ut aequipollent supertranscendentibus, significentque quidquid in apprehensionem cadere potest: atque ita accipitur *Aliquid in praesenti, proindeque tam enti, quam non enti convenit.* Huc pertinet illud D. Thomæ, quod ad nomen infinitum requiritur *ad minus suppositum in apprehensione.*

33. Sed Quæritur, an terminus transcendentis infinitari possit? an v. g. *Non-ens* sit terminus infinitus? Placet negativa sententia, satis communis. 1: quia iuxta Aristotelem, & D. Thomam, d terminus infinitus indiferenter aptus esse debet tam entibus, quam non entibus: quod genus aptitudinis abest in termino *Non-ens*. 2: quia terminus infinitus talis est naturæ, ut ex eo nequeat determinatus conceptus efformari de quidditate subiecti: v. g. cum dico, *Lapis est non Leo*, concipio quidem lapidem esse aliquid, quod non est Leo; quid tamen sit illud aliquid, non decerno, nec an positivum quid, an negativum, aut fictum. Ita colligitur ex D. Thoma, & communi sensu, iuxta quæ nomen infinitum non explicat, quid res sit, sed quid non sit. At per *Non-ens* formari potest conceptus determinatus de quidditate subiecti: ergo, &c.

34. Prob. Min: qui dicit *Carentia Petri est non ens*, vel *Chymera est non ens*, non minus explicat quidditatem Carentiæ, vel Chymeræ, quam quidditatem hominis, dum ait, *homo est ens*: ergo conceptum format determinatum. Patet Amictum quia, sicut eas essentialiter conuenit homini, ut fundamenta totius quidditatis positivæ, ita non ens essentialiter conuenit carentiæ, &

Chymeris, tanquam fundamentum totius quidditatis negativæ. Tum quia nihil ferè superest explicandum circa quidditatem carentiæ, postquam dixeris, esse non eas.

35. Confirm.: hæc propositio, *carentia est non ens*, æque explicat subiecti naturam, ac ista, *carentia est negatio ens*; sed per istam determinatè concipiatur carentiæ quidditas: ergo, &c. Terminus ergo transcendentis, quanvis afficiatur particulâ non, erit infinitus voce tenus, sed re verâ finitus, cum modum significandi determinatum habeat. Idé dico de termino superiâ transcendentie negatione affecto, v. g. *Non-cognitabilitate*; cui præterea deest infinitudo, cum de nullo subiecto, etiam negativo, vel falso, verè affirmari possit.

36. Dividitur. 11. in Positivum, Privativum, & Negativum. *Positivus* est, qui veram entitatem, seu realitatem formaliter significat, ut *Homo*, *Altus*, *Sanctus*. *Privativus* significat realis formæ carentiam in subiecto capaci: v. g. *surdus*, *Cecus*, *Mutus*; qui termini propria, dici non possunt de igne, aere, alijs ve subiecto ex se incapaci ad visum, &c. *Negativus* significat formæ carentiam præscindendo à capacitate subiecti, v. g. *visu carens*, qui terminus affirmari potest, tam de lapide, quam de homine cooco. Pro Negativis haberit solent *Non-videntes*, *Non-currunt*; & similares, saltem si non evadant simplices dictiones, sed complexæ. Forsan omnes termini infiniti, positivam formam removeant, pro negativis usurpari possunt, quando non attenditur quod confusè adstruant, sed præcisè quod explicatè delstruant,

five negative
g. ant.
E 2

§. VII.

*De Terminis plurali numero acceptis,
atque inter se comparatis.*

37 **S**I Termines plures accipias, & inter se conferas in ordine ad consequentiam, sive illationem unius ex alio, invenies, alios vocari pertinentes, impertinentes alios. Impertinentes sunt, quorum ex altero nec sequitur, nec excluditur alter, ut *Musici*, & *Logicus*, *Album*, & *Dulce*. Pertinentes dicuntur, quorum ab uno ad alterum consequentia valet. Quod si consequentia fit exclusiva, dicuntur pertinentes repugnantia, ut *Rationale*, & *Irrationale*: valet enim, *Est rationale*, ergo non *est Irrationale*. Sin autem assertiva fit consequentia, vocantur pertinentes sequela, ut *Animal*, & *Sensitivum*.

38 Rursus, pertinentes Sequula, dicuntur *Convertibilis*, quando unius ad alterum consecutio reciproca est, ut *Animal*, & *Sensitivum*: valet enim, *Est Animal*, ergo *est sensitivum*, & vice versa. Dicuntur vero *Inconvertibilis*, quando consecutio mutua non est, ut *Homo*, & *Animal*: non enim ex animali infertur homo,

sicut ex homine animal. Item, pertinentes repugnantia vocantur *disparati*, quando potius diversitatem praefereunt, quam inimicitiam, ut *Equus*, & *Canis*. Quando autem in ipsis terminis quædam praefertur incohærentia, vel exclusio, dicuntur *oppositi*: qui rursus dividuntur in *Contradictorios*. Contrarios, Privativos, & Relativos.

39 *Contradictorij* sunt, quorum alter alterum immediatè negat, ut *Videns*, & *non Videns*. *Contrarij*, qui significant formas positivas accidentales, sibi invicem in eodem subiecto repugnantibus, ut *Calidum*, & *Frigidum*; *Album*, & *Nigrum*. *Privativi*, quorum alter significat formam, alter eiusdem formæ carentiam in subiecto capaci, ut *Videns*, & *Cecus*. *Relativi*, qui significant respectum unius ad alterum, ut *Pater*, & *Filius*: qui termini idcirco dicuntur *oppositi*, quia nequeunt in uno subiecto cohærente sub eodem respectu: nemo quippe simul esse potest filius, & pater respectu eiusdem personæ, nec pater aut filius respectu sui: non enim philosophicum, sed poeticum est illud de *Phœnicio*, *Qui pater est, prolesque sui, &c.*

DISPUTATIO V.

De Proprietatibus Terminorum.

EXPLICATIS Naturâ, & Speciebus Termini varijs, ad plenam eius cognitionem explicanda supersunt aliquot ipsius Proprietates. Septem autem, vel octo numerari solent; quas forte melius vocites affectiones, sive accidentia, utpote quæ in uno, eodemque termino, ut in facie colores, saepè variari possunt.

CAP.

CAP. I.

De Suppositione.

PRIMA, & præcipua Termini proprietas est *Suppositio*. Hec ex Grammaticâ idem crebro sonat, ac subitus posicio, vel subiectio; quo sensu soli convenit termino, qui subiecti musus gerit in prepositione, diciturque *verbî suppositum*. At in sensu Dialectico verbum *suppono* passim pro eodem accipitur, ac *presuppono*, sive *præsumto*. Vnde, cum aliquid præmittitur tanquam verum, dicitur *supponi*. Frequentius tamen, & proprius ad rem præsentem, *Suppositio* sonat usum Termini ad aliquid manifestandum. Quod ut planius innoteat, breviter hic aliquot dubiola resolvenaus.

S. I.

Prævia quorundam dubiorum
resolutio.

DUB. 1: an Logica Suppositio Terminai sit mera subrogatio, vel substitutio loco alterius? Plures affirmant, in dñi suppositionem eo pacto definiunt. Sed obstat. 1., quod voces, cum vere subrogantur pro conceptibus, pro his tamen nomenclatur Logicâ non supponuntur (excipio voces directe, vel vnicè significantes conceptus, has v. g. *cognitio*, *intelletio*:) nam iuxta communem Dialecticorum sensum non supponuntur, nisi pro rebus, de quibus aliquid emantiare volumus: de conceptibus autem nihil enuntiamus, cum dicimus. V. g. *honestus*

est animal: aliter falsa esset enuntiatio, vt quisque videt. Obstat 2., quod suppositio materialis, vere suppositio est, utpote sufficiens ad Terminam vere talem: & tamen substitutio non est, cura nihil sibi ipsi substituatur.

3. Dices: *supponere* est *loco alterius ponere*: ergo suppositio est mera subrogatio. Concedo totum in acceptione quadam Grammaticâ, in qua, dum falsum loco veri ponitur, dicitur *supponi*, vnde est apud Ciceronem, *testamenta falsa supponere*. In acceptione tamen Dialecticâ n. g. Antec. , proper modò dicta. Ex quibus inferes, voces supponi quidem pro conceptibus quadam suppositione grammaticâ, quantum in ordine ad audientes id faciunt, quod conceptus facerent, si externe paterner. Ceterum hoc non tam est vocem pro conceptu supponi, quam imitari conceptum in supponendo pro rebus: vel certe non ea est suppositio propriè Logica, quam Dialecticus in præsenti requirit, vt illam dividat in Simplicem, Personalem, &c., quidquid reclamat unus, aut alter, contra communem, constantemque sensum ceterorum.

4. Dub. 2: an suppositio consistat in acceptione termini pro re existente tempore importato per copalam? Affirmant Thomistæ, suppositionem idcirco sic definientes, *Accentio termini pro aliquo, de quo verificatur, ubi sermo est, inquietunt, de veritate, non propositionis, sed termini, qui potest verificari, quavis propositione sit falsa*. Falso v. g. dicunt, *Ignis est frigidus*, *Anti-Christus erit sanctus*: & tamen termini, *Ignis*, *Anti-Christus*, &c., verifi-

cantur; quia pro rebus accipiuntur verè existentibus tempore importato per copulam, seu verbum, est, erit. Hinc inferunt, suppositionem deesse terminis, quibus hæc verificatio deest. Vnde in propositione, *Antichristus currit*, termini carent suppositione. Inferunt etiam, non indigere suppositione terminos propositionis negativæ; nam hæc, ut vera sit, non postulat existentiam rei significatae tempore importato per copulam, proindeque, nec verificationem terminorum, ut cernere in istâ, *Antiebristus non currit*. Nullam tamē affirmativam veram admittunt absque suppositione terminorum.

5. Verum hæc doctrina Rejic.: in omni propositione, seu verâ, seu falsâ, seu affirmante, seu negante, datur essentia termini, sicuti datur essentia propositionis: ergo datur etiam suppositio: hæc enim iuxta Dialeticos, maximè Thomistas, est proprietas termini, & præcipua quidem proprietas autem essentiam comittatur, ut notum est. Dices. Terminus in propositione falsâ quasi violentus est, ideoque proprietate suâ carere poterit. Contrari: iuxta te, suppositio potest inesse termino, etiam in propositione falsâ, v. g. *Antichristus erit sanctus*; ergo violentia falsitatis, siqua est, suppositionem hanc excludit. Contra: iterum: in hac negativâ verâ, *Duo Soli non existunt*, nulla est violentia terminorum, ut qui connaturaliter, ac iuxta proprium institutum adhucientur ad punctum verum: tunc ergo immiterius ipsi negatur suppositio.

6. Rejic. 2. Sic omnes persisse: Leones. Tunc propositiones,

utique veræ, *Nullus Leo currit*, responderet descensus copulatus, videlicet, ergo non currit *Leo A.*, nec *Leo B.*, &c. At copulatus descensus soli respondet termino, personaliter, & distributivè supponenti, ut nemo nescit. Rejic. 3: quia multiplex est affirmativa propostio vera, in qua terminus non accipitur pro re existente tempore importato per copulam, v. g. *Lignum est conversum in cinras, Adamus est mortuus*: & tame iuxta adversarios, nulla affirmativa vera est absque suppositione terminorum. Denique, nulla ratio est, cur propostio falsa sit nihilominus propriè propostio, propriisque terminis constans, propostio autem falsâ desinat esse propriè suppositio.

7. Oppon: propostio affirmans, cuius subiectum non verificatur, dicitur esse de subiecto non supponente, v. g. *Antichristus disputat*; ergo quia suppositione caret terminus, *Antichristus*. Neg, conseq: quia locutio Antecedentis, vel corrigenda est vinepta, quemadmodum si propostio diceretur de verbo non enuntiante; vel potius sic intelligenda, ut idem sonet, ac de subiecto non supponente verum. Sæpe quidem ex parte subiecti tacite assuritur; vel implicitè tanquam verum statutur, quod id ipsâ non est: id quod fieri solet, vel relativo, ut *Antichristus*, qui iam existit, est homo; vel adiectivo, ut *Homo, antiquior Adamus*, disputat; vel etiam prædicto contingentio, cuius applicatio prærequisit existentiâ subiecti, ut *Hircocervus est albus, Troianus Igne comburit*.

8. His autem in casibus negandum est suppositum de more, & propositio rei cienda tanquam *de subiecto non supponente*: non quia terminis desit suppositio; sed quia iuste suppositio falsa, id est, virtualiter, aut implicitè affirmans falsum, nempè existentiam subiecti, quæ non est. Negatur ergo tunc formalis veritas huius affirmationis implicitæ, sive negatur exister obiectum, pro quo terminus supponitur. Cæterum, nec omnis suppositio involvit præsuppositionem aliquius veritatis; nec si involveret, desineret esse suppositio verè, & propriè, tametsi falsa quoad obiectum, vt exemplo propositionis falsæ videre licet.

9. Dub. 3.: an suppositio conveniat terminis extra propositionem? Negandum omnino. Tum quia suppositio sequitur essentiam termini actualis, quæ non nisi intra propositionem reperitur. Tum quia terminus *homo* v. g., extra propositionem indifferens est ad suppositionem, vel materialem, vel formalem, vel simplicem, vel personalem, &c. ergo nullam habet determinatæ, donec eam accipiat ex intentione enuntiantis iuxta indolem verbi, & prædicati. Dicest Dicțio, seu definitio, *Animal rationale*, non est propositio: in eâ tamen, cum detur acceptio, & usus terminorum ad significandam essentiam hominis, verè quoque suppositio datur: nulla quippe ratio est, cur vocum acceptio pro subiecto, & prædicato potius, quam pro genere, & differentia, suppositio sit.

10. Resp: non termini aptitudinalis acceptio, sed solius actualis, vocari debet suppositio propriè Logica, vt ex nuperā probatio ne constat. Profectò, definitio *Animal rationale*, quamdiu null-

li verbo coniungitur, indifferens est ad suppositionem oninigenam. Si enim ipsi addas, *est homo*, supponet personaliter: si addas, *est definitio*, supponet simpliciter: si addas, *est binarius vocum*, supponet materialiter: & sic de ceteris. Nulla ergo determinata suppositione gaudet, donec in propositione locetur.

11. Replic: etiam integræ propositio, si fiat subiectum alterius, varias pro varietate prædicati suppositiones induet. Resp: integræ propositio, indifferens quidem est, vt si alius propositionis fiat pars, superinduat suppositionem materialē, sic v. g. *Petrus est homo est ternarius vocum*, vel ad summum vt etiam suppositionem simplicem acquirat. At nequitiam est indifferens ad omne genus suppositionis: nullum quippe, vt arbitror, accedere ipsi poterit prædicatum, vi cuius personalē suppositionem obtineat. Quare? Quia ipsa per se se, & independenter ab aliis constitutione, personalē suorum terminorum suppositionem determinatam habet, quam, vt potest sibi intrinsecam, denū acquirere nequit; tamen superveni tu novi verbi, & prædicati, novam aliam quasi reflexam induat suppositionem. Contrà, indifferenter definitionis, *Animal rationale*, ad omne suppositionis genus, satis ostendit, quod ex se nullam habet determinatæ.

12. Dub. 4.: an suppositio distinguatur à significatione termini? Distinguitur utique, tanquam usus à re, quæ utimur. Patet in vocibus æquivocis, v. g. in voce *Cantis*, quæ, cum sydus, & animal significet, non semper pro veroque supponitur, instar gladij ancii-

pitis, quo non semper vtimur pennis, aciem utramque. Patet etiam in voce quavis significativa, quae invariata significazione modo supponitur pro se, modo pro re significa- ta. Suppositio ergo pendet ab usu, & applicatione significacionis vocum, atque aedē à significatione distinguitur, sicut vestis usus à veste.

S. II.

Suppositionis strictè Logica definitio.

Sy JAM Suppositio strictè Logica definiti potest, Acceptio, sive usus termini Logici ad manifestandam propositionis materiaṁ circa quam, ex intentione dicentia. Hac definitio, saltem quantum ad sensum, recepta suis, & communis est, convenientque omni, & solidi suppositioni propriè Logice termini actualis. Excludit enim subrogationem vocum pro conceptibus, qui licet vocibus manifestentur, non certè vt enunciatio- nis materia circa quam. Nec omittit materialē suppositionē termini pro se ipso: nam, eti terminus non propriè significet, saltem manifestetur se se, sicut ipsius propositionis materia circa quam, quæ tunc identificatur cum materia ex qua. Additur ex intentione dicentia quia talis intentionis indifferentiam terminorum ad certum suppositionis genus determinat.

44 Porro suppositio, cum ex ea intentione, & positione ipsa termini constituantur, solum horamē propriè denominat supponentem, tanquam actio iphus. Terminus vero, si iura Latiniaſis spectet, non suppo-

nit, sed supponitur, sicut non ponit, sed penit, non accipit, sed accipitur. Usus tamen in Scholio obtinuit, vt terminus ipse dicatur activè, sive neutraliter supponere: quem loquendi morem nos etiam passim retinebimus, ne contra inolitam consuetudinem frustramitiamur: præteritum cum & D. Thomas, aliquæ veteres ita loquantur.

Si queras, num suppositio conveniat Termino mentali? **Resp:** inspectis definitionibus, tūm nostrā, tūm plerisque alijs, queis Dialectici suppositionē explicitant, hæc etiam convenit termino mentali, saltem si iudicium ex conceptibus realiter distinctis constituatur, vt ex- pendentī patebit. **Adde**, quod suppositio dicitur absolute proprietas termini: mentalis autem vere terminus est. Nihilominus, multiplex suppositionis divisio, atque doctrina, quam statim dabimus, reverā pro vocibus, quam pro conceptibus, opportunior est, aut certè gloriior.

CAP. II.

Dividitur, ac subdividitur
Suppositio.

Suppositio dividitur in materialē, & formalē. Materialis est acceptio termini pro se, vt Petrus est vox. Formalis est acceptio termini pro significato se distinto, vt Petrus est homo. Suppositio formalis propriè substitutio, vel subrogatio est pro alio, seu loco aliis, (non cuiuscumque, sed quod sit propositionis materia circa quam), & quodammodo personam sustinet rei significatæ, iuxta illud Mag. Aug., Quodammodo omnia signi-

ſificantur videntur earum rerum, quas significant, ſufficiere perſonias. Eamdem ſpectat illud Aristotelis *b* *Ipsas per ſe res in diſputationem allatas, ut ſpare dicendo non eſt, ſed vocum veluti nitibus rerum vi- ce utimur.* Cæterum Suppoſitio materialis, proprie substitutio non eſt, ſed duntaxat poſitio termini pro ſe, five ad ſe manifestandum. Unde Suppoſitio ut ſic, ab ſtrictâ ſubstitutione præſcindit.

2 Porrò, vtraque ſuppoſitio regulariter ex prædicato diſcernitur. Nam ſi prædicatum quadrat in vo- cem iplam, v. g. ſi voci *Petrus* addat- tur, eſt vox *difſyllaba*, eſt nomen, eſt pes *choreus*; ſatis patet materialis acceptio. Si verò prædicatum ſoli conuenit rei significata, vt cum di- citur: *Petrus eſt homo*, ſatis etiam claret acceptio formalis. Quia loquens, niſi aliud explicet, præſumitur intendere congruum verborum ſenſum, & proprietatem. Quod ſi prædicatum auerit anceps, ſeu tam voci, quam rei significata conueniens, v. g. ſi dicatur, *Cirbara ſonat, auditur, eſt entitas*; tunc, niſi mens loquentis ex circumſtantibz colligatur, propositio diſtinguenda eſt, vt determinata ſuppoſitio clareſcat.

3 Subdiuiditur Suppoſitio materialis in *intrinſicam*, quam terminus pro ſe accipitur ſecundum quod habet ab intrinſeco, five à natu- rā, v. g. *Tullius eſt vox*: & in *extrinſicam*, quam terminus pro ſe accipitur ſecundum quod habet ab ex- trinſeco, five ab arte, v. g. *Tullius eſt ſignum ad placitum*, eſt nomen, eſt pes *Dafylus*. Formalis autem ſuppoſitio, quaē p̄cipua eſt, & ſicut dignior, bifariam subdividiatur. Primo, alia eſt *propria*, qua terminus accipitur pro ſe, quam pro-

prie ſignificat: alia *improperia*, qua terminus pro ſe metaphorice ſignificata ſupponitur, vt cum voceſ, *Leo*, *Agnus*, *Vitis*, pro Christo Domino accipiuntur.

4 Secundò, alia *ſimples* eſt, alia *perſonalis*. Suppoſitio ſim- plex à multis, præfertim Thomiſtis, definitur, *Acceptio termini pro ſignificato immediato*: Perſonalis verò, *Acceptio Termini pro ſignificato mediato*. Terminus Communis *immediata* ſignificare di- citur rationem coſmūnem ab inferioribus abstractam; *mediate* verò, individua, five perſonas. Terminus etiam singularis, verba- grat. *Petrus*, dicitur *immediata* ſig- nificare propriam ratioam talis individui; & *mediate*, quod indi- viduo conuenit ex parte naturæ ſpecifica. Hęc tamen doctrina fal- lit 1. in propositione, *Homo eſt animal rationale*, vbi terminus *Ho- mo* perſonaliter ſupponit, cum ta- rens pro immeđiatō ſignificato, accipiatur. Fallit 2. in propositio- ne, *Petrus eſt hic Homo*, vbi ter- minus, *Petrus*, abſtūbiō ſuppo- nens perſonaliter, pro immeđiatō ſignificato pariter accipitur. Mitto alia, quibus eadē doctrina faci- lē poſſet refutari.

Quare verius, & ſoli- dius ab alijs definitur Suppoſitio ſim- plex, *Acceptio termini pro re ve- denominata*, five *investita atri intellectus*, vel, quod in idem re- cedit, pro re conſiderata p̄nēs eſſe intentionale, quod eſt obiectum ſecundæ intentionis: ſuppoſitio verò perſonalis, *Acceptio termini pro re nu- de ſumpta p̄nēs eſſe*, quod ha- bet independenter ab intellectu. His tamen definitionibus obſtac- quidam

quod termini, *Species*, *Genus*, & similares, rem significant prout actu intellectus investitam; & nihilominus personaliter supponere possunt, v. g. in propositione, *Genus est predicable de pluribus specie differentiis*. Delsenius enim, qui fieri potest ad genera *Animalis*, *Arbois*, *Lapidis*, &c, suppositionem personaliter manifeste probat.

6 Ut removeatur hic obex, poterit suppositio personalis definiti, *Acceptio termini pro suo significato*, ut conditio à superaddita cognitione: Simplex vero, *Acceptio termini pro suo significato*, ut cognitione superaddita investito. Hinc, cum dicitur, *Homo est anima*, terminus *Homo* supponit personaliter, quia sumitur pro natura humana, quam sponte significat, ac praesertim, nullâ habita ratione actuum intellectus, quibus homo cognoscitur, ac denominatur. Cum autem dicitur, *Homo est Species*, terminus *Homo* supponit simpliciter; quia sumitur pro natura humana, prout abstracta per cognitionem praecisivam. Et quia cognitionis ista non significatur a termino ponite suâ, sed potius rei significata supervenire, aut superadditum; idcirco in definitione politum est *Tu superadditis*.

7 Jam ergo Terminus *Genus* v. g. potest supponere, tum personaliter, tum simpliciter. Cum dicitur, *Genus est predicable*, supponit personaliter; quia, licet rem significet ut investitam cognitione, hac tamen cognitione non est *superaddita* significatio, sed potius per se, & sponte significatur vocabulo *Genus*. At, cum dicitur, *Genus est species Logica reflexa*, supponit simpliciter; quia tunc accipitur pro suo significato ut affecto novâ cognitione reflexâ, & praecisivâ. Hec in *Logica Deo dante* clarescit. Ea-

dem suppositionis varietas esse potest in termino singulari, v. g. *Petrus*: qui supponit simpliciter in propositione, *Petrus est individuum subjectibile*; in hac autem, *Petrus est homo*, supponit personaliter. Suppositio simplex termini communis vocatur *Immobilis*, quia non patitur motum, sive descendens ad inferiora: quâ etiam de causa dicitur *simplex*, id est, inctilis in inferiora membra.

8 Suppositio personalis subdividitur 1. in *Naturalium*, & *Accidentalem*. Naturalis est, quâ terminus accipitur pro omnibus, pro quibus natus est accipi, id est, cum totum termini significatum comprehenditur, quâ latè patet; sive illud sit prætens, præteritum, aut futurum, sive etiam pure possibile. Hæc suppositio convenit subiecto propositionum de materiâ necessariâ, vel essentiâ: nam, cum dicitur v. g. *Homo est rationalis*, terminus *Homo* accipitur pro omni homine, sive existat quocumque tempore, sive non existat: ideoque propositiones eiusmodi vocantur *eternæ veritatis*. Accidentalis suppositio est, quâ terminus accipitur cum respectu ad tempus determinatum, quod copula præfert. Id quod accidit subiecto propositionis de materiâ contingenti, seu quoties prædicatum est accidentale, v. g. *Homo currit*, *Homo est albus*.

9 Subdiv. 2. in *Singularem*, & *Communem*. Prior est, acceptio termini pro significato singulari. Posterior, acceptio termini pro significato pluribus communis. Suppositio *Communis*, alia est *indefinita*, quâ scilicet terminum communem accipimus nullo addito signo, ut *Homo est anima*: alia *definita*, qua terminus ex se communis accipitur, ut quibundam signis, vel tuncategoremais affectus. Hæc insuper subdividitur in *distributivam*,

Copularum, disiunctivam, & con-sufam. *Distributiva* (que & *Copula-*
trix dicitur passim, sed impropriè,
cum *distributio*, & *copula* contrariè sig-
nificentia est; quā terminus communi-
nis vi syncategorematis adiuncti sum-
mitur pro omnibus inferioribus singu-
latim, ita ut de singulis verisicetur
idem prædicatum. Sic, dum dicitur,
Quis Homo est animal, *Nullus Homo*
est lapis, distributivè supponit termi-
nus *Homo*.

10. Suppositio ista: vocatur
Absoluta, quando Tō *omnis*, aut *nullus*,
neminem excipit: & *Exceptiva*, sive
Accommodata, quando universalitas ex-
ceptionem patitur; ut *Omnes in Adam*
peccaverunt; vbi excipienda est Dei-
para Virgo sine labe concepta. Rur-
sùs, eadem distributiva suppositio
potest esse, vel *completa*, vel *incompleta*. Erit completa, si fiat, pro *singulis*
grarum, ut si sunt, id est, pro omnibus
individuis sub unoquoque genere, vel
specie contentis, v. g. *Omne Animal*
est vivens. Erit incompleta, si fiat
tantummodo pro generibus *singulo-
rum*, id est, pro aliquo, vel aliquibus
individuis ex omni genere, vel spe-
cie, v. g. *Omne animal fuit in arca*
Noe; cuius sensus est, ex omni gene-
re, & specie animalium aliquod in-
dividuum in arca fuisse.

11. Suppositio *Copulata*, que
& *Collectiva*, aut etiam *Copulativa*
dici potest, ea est, quā terminus acci-
pitur non nisi pro omnibus simul,
ita ut singillatim applicari nequeat
idem prædicatum, v. g. *Omnes Apo-
stoli sunt duodecimi*: vbi Tō duodecim
sic convenit omnibus Apostolis, ut
nequeat apari singulis. Suppositio
Disiunctiva, que *particularis* etiam,
& quā loquè determinata dicitur, est
acceptio termini pro aliquo ex infe-
rioribus sub disiunctione determina-

bili ex obiecto, quamvis ex mede-
significandi nea determinetur, v. g.
A quis Homo currit. Hoc, quia præ-
dicatur verificari nequit, nisi detur
falsum vnu Homo determinatè cur-
rens, idcirco vocatur *determinata*,
vel, ut aptius *loquamer*, deter-
minatilis.

12. Tandem suppositio
Confusa, que nancupatur etiam
vaga, *disiuncta*, *indeterminata*, sive
indefinibile, est acceptio termi-
ni pro suis inferioribus omnino vag-
e, & absque determinatione villa-
ne possibili quidem; v. g. *Aliquis*
oculus requiritur ad videndum, *Aliquis*
equus necessarius est ad equitandum:
vbi de nullo oculo, vel equo,
determinatè verum est requiri, vel
esse necessarium. Non enim licet
arguere sic, *Aliquis oculus ad videndu-*
mum requiritur, non dexter, ergo *sinis-*
ter: quia neuter determinatè requiri-
tur, cum possit Homo videre sine
quovis eorum. Quare proposicio de
subiecto vagè supponente, nunquam
verificatur nisi ratione viriusque, vel
omnium extremerum disiunctionis,
qua semper indeterminata, & vaga
maneat.

13. Vnde colliges descri-
men inter suppositiones disiunctivā,
& vagam. Nam prior sit, cum præ-
dicatum ex parte obiecti convenire
debet alicui extremo re ipsa deter-
minato, quamvis non designetur
ex modo significandi; v. g. *Aliquis*
oculus videt. Ratio: quia prædi-
catum significat actionem, vel exer-
citium, quod non nisi in individuo
determinato reperi potest: vnde,
si videt oculus aliquis, & non dexter,
benè infertur, ergo videt sinis-
ter: cum actio videndi ab aliquo de-
terminatè exerceri debeat. At, cum
suppositio subiecti vaga est, prædi-

catum nulli determinato extremo conuenit in re ipsâ. Nam qui dicit, *Aliquis oculus ad videndum requiratur, nalam affirmat oculorum actionem, sed unice necessitate ad videndū, sive exigentiam, & indigentiam, quæ non tam residet in oculis, quam in Supposito, sive in homine: hic autem non dextro potius indiget oculo, quam finistro, eum quilibet ad videndum sufficiat.* Non tamen sat est, prædicato significari necessitatem ad actionem aliquam; sed alterius disiunctio fieri debet inter extrema determinata sufficiencia ad eiusmodi actionem, quanvis non determinata necessaria. Unde in propositione, *Aliquis ex quinque sensibus necessarius est ad odorandum,* non tamen est suppositio vaga, quam disiunctiva determinabilis: quia prædicatum determinata verificatur per olfactum, propter insufficientiam sensuum ceterorum.

De Ascensu, & Descensu, quatenus Suppositioni respondunt.

14. Consequentia ducata ab inferioribus sufficienter enumeratis ad superioris, sive à singularibus ad universale, dicitur *Ascensus*: à superiori autem ad inferiora, vocatur *Descensus*. Suppositionibus materiali, & singulari, nullus descensus correspondet, ut per se patet: nullus item suppositioni simplici; quia sub illâ terminus communis non accipitur pro significato, quatenus inferioribus intrinseco, sed quatenus extrinsecus denominato per actum intellectus, qui actus idem esse non potest circa individua seorsim. Totidem ergo sunt *Descensus*, aut *Ascensus*, quæ species suppositionis personalis (id est) mensis appellata, quæ

postrema subdivisio recensuit: quatuor scilicet, *Copulativus*, *Copulatus*, *Disiunctivus*, & *Disiunctus*. Quæ duo posteriora nominis, licet grammaticè cognata, *Summularum placito*, & *vñi*, diversimodè significant.

15. *Descensus Copulativus* (ita dictus à coniunctione \wedge , quâ texitur,) est Consequentia à termino communis distributivè supponente ad inferiora distinctè enumerata per simplices propositiones, connexas particula \wedge : v. g. *Omnis Planeta lucet, ergo Sol lucet, & Luna lucet*, & sic de ceteris. Eundem *Distributivum* meritò vocites. *Copulatus*, est Consequentia à termino copulatè supponente ad inferiora distinctè collecta sub unicâ copula enunciativa: v. g. *Omnis Evangelista fuit quatuor: Ergo Mathaeus, Marcus, Lucas, & Jeanne fuit quatuor*. Ratio, cur non aliud hic descensus locum habeat, est, quia suppositio copulata re ipsâ terminum efficit *Collatum*, qui, prout talis, nec distributionem, nec disiunctionem patitur. *Disiunctus*, est Consequentia à termino disiunctivè supponente ad inferiora distinctè recensita per simplices propositiones, catenatas particula vel: v. g. *Aliquis oculus videt, ergo vel dexter videt, vel sinistru videt*. *Disiunctus* denique, est Consequentia à termino vagè supponente ad inferiora distinctè nominata sub particula vel in unicâ propositione Categoricâ. V. g. *Aliquis oculus est necessarius ad videndum, ergo vel dexter, vel sinistru est necessarius*.

16. Ubi observanda differentia *Descensus* disiunctivi à disiuncto. Nam prior plures categoricas, conflantes complexam disiunctivam, si non exigit, saltum admittit. At posterior non patitur complexam, sed fieri debet per unicam simplicem, seu categoricam

eam de subiecto disiunctio: quia praedicatum, significans necessitatem ad aliquid, applicari nequit singulis extremis de se pariter sufficientibus. Applicaretur autem, si Descensus ita fieret, vel dexter oculus est necessarius ad videndum, vel sinistus est necessarius: sic enim necessitas ad videndum, non semel tantum, sed bis praedicatur iuxta numerum extreborum. Debet ergo praedicatum afficere simul utrumque extreum sub disiunctione. Accedit quod Descensus aliqui fieret per propositionem falsam: falsa quippe est complexa disiunctiva, cuius nulla categorica vera est. Contraria ratio militat in Descensu disiunctivo, ut expendeti constabit.

17 Iam, si ordine inverso procedatur ab inferioribus ad superius, totidem Ascensus, eiusdemque nominis, invenientur. Utique vero, Ascensus, & Descensus, utilis est ad probandam veritatem, aut falsitatem propositionum, sive de subiecto communali, sive de singularibus. Prout enim fuerint verae, vel falsae propositiones de subiecto superiori, pariter deprehendetur vera, vel falsa propositiones, ad quas fit Descensus, si completem fiant: quod idem eveniet in Ascensu, ordine tantum inverso. Hęc doctrina displiceret alijs, qui Ascensum rētem effe volueret ad inferendam propositionis universalis veritatem, non vero falsitatem: Descensus ē contrario, non ad veritatem, sed ad falsitatem universalis probandam, esse idoneum. Nam propositio universalis (inquinunt) in Ascensiū est Consequens, in Descensiū Antecedens; & singulares vice versa locū habent Antecedentis, aut Consequentis. At ex Antecedenti vero inferatur verum Consequens, non autē falsū ex falso: & ex Consequentiā falsitate benē probatur falsitas Antecedentis, non autem ex veritate veritas.

18 Sed contra. Tam Ascens-

sus, quam Descensus, v. g. Copulativas, sicutem completem factus (idest, omnia sub communali termino contenta recensens,) versatur inter Antecedens, & Consequens eiusdem latitudinis, quae proinde sibi se invicem inferunt, & mutuo sunt convertibilia: v. g. inter hanc simplicem universalem, *Omnis ursa cœlestis luceat*, & hanc copulativam, *Helice, siue Ursa maior, luceat*, & *Cynosura, siue Ursa minor, luceat*. At è duobus assertis convertibilibus utriuslibet seu veritas, seu falsitas, probat veritatem, seu falsitatem alterius; nec quidquam refert, utrumvis corum posatur loco Antecedentis, aut Consequentis, ut notum est. Quapropter, licet ex Antecedenti vero semper inferatur verum Consequens; ex falso autem possit verum, & falsum; contrariaque regula in Consequentiā militat respectu Antecedentis; si tamen sermo sit de extremis, seu propositionibus convertibilibus, absurdi regula ista non urgunt.

19 Oppōtūniū hic notatur 1. Descensum Copulativum, eti incompletè fiat, idest, eti non omnia, sed aliqua tantum inferiora recēseat, legitime fieri. Unde benē arguitur, *Omnis homo disputat*, ergo *hic homo disputat*: quod patriter locum habet in negativis. Contrā, Ascensus, nisi recenseat omnia inferiora, illegitimus erit ad universalem inferendam certitudinem metaphysicā: quāvis ad certitudinem quādam physicā iūsfiat recensere plerique cum negativā probatione circa reliqua, v. g. *Hic corvus est niger*, & *ille est niger*, &c., neque ullus bususque inventus est, qui non sit niger, ergo *Omnis est niger*. Not. 2. particularem affirmativam, v. g. *Aquis homo currit*, probari veram ex affirmatione vel unius ex inferioribus; falsam autem, nonnis ex negatione cunctorum. Contrā, si negativa sit, ex unius negatione vera convincitur; ex omnibus

affirmatione, falsa? Alias hic præcipitaculas sciens omittit, quia tenebras potius, quam lucem piciunt; & siquid continent utilitatis, ex dicendis habebit.

CAP. III.

Regula pro discernenda Suppositione statim statim.

Quamquam intentio dicendi, est prima Suppositionis radix, quia tamen presumitur esse conformis viui recte, & accurate loquentium, idcirco regulas aliquot statuimus, quies varie Suppositionis species discernantur.

S. I.

Pro Sappositione subiecti.

Primò itaque, Suppositio subiecti plerumque discerniatur ex indeole prædicati: nam plerumque redditur *simplex* à prædicato *secund.e intentionis*; semperque sentitur *personalis* ex prædicato *prima intentionis*. Evadit item *naturalis* ex prædicato necessario; & *accidentialis* ex contingenti. Ac demum, sicut *vaga*, an *distributiva*; dignoscitur ex genio prædicati, iuxta dicta capi præced. n. 13. Secundò, personalis Suppositio subiecti communis discernitur ex adiuncto signo, vel syncategoremate. Signa quippe universalia, v. g. *omnis*, *nullus*, Suppositionem efficiunt distributivam; particularia vero, v. g. *quisdam*, *aliquis*, disjunctivam; nisi prædicatum obstet, id est, nisi necessitatem, vel exigentiam importet unius è multis sequè idoneis; tunc enim Suppositio subiecti *vaga*, seu confusa perficit.

a 2. Reg. 14. — b 1. Cor.

Ubi notandum, signa quædam vocari *specialis confusionis*, quia Suppositionem mere confusam tribuant termino communi, quæna afficiunt. Huiusmodi sunt, *requiritur*, *opus est*, *pollicor*, *debo*: si enim dixeris v. g. *deb o tibi gemmam*, certanus genua supponit adeo vagè, seu confusè, ut nullatenus verificetur, hanc præ illa gemmam deberi; quia quælibet solvendo sufficit. Notandum insuper, multorum sententiâ plurale signum, v. g. *omnes*, supponi pro binarijs, nec posse per unitates distribui; ideoque hoc enunciatum, *Omnes homines currunt*, non posse deicenui resolvi sic, Ergo hic homo currit, & illi currit, &c; sed tantum sic, Ergo hi duo homines currunt, & illi duo currunt, &c. Idem dicunt de signis numeralibus, *duo*, *tres*, *quatuor*, &c., quæ terminum, quem afficiunt, non finunt in unitates distribui, sed in numeros.

Hæc tamen regula, vel falsa, vel incerta videtur. Nam quid vetat in unitates distribui enunciatum illud, *a Omnes morimur*, & quasi aquæ dilabimur aut illud Apostoli, *Sicut in Adam omnes morimur*, ita & in Christo omnes insificantur; aut illud Apocalypses, *c Quatuor animata*, singula eorum, habeant alias sensa. Imò iam Tò quatuor videtur refolumum esse per Tò singula. Tutiā ergo dixeris, signum *omnis*, si possit reddi, vel exponi per signa quælibet, singuli; purè distributivum esse in unitates, non secus ac *omnis*; si non possit, esse copulatum: id quod ex indeole prædicati colligendum. Exemplo fiat propositiones istæ, *Omnes Evangeliste sunt sancti*, *omnis Evangelista sunt quartuor*; e quibus prima distributivam, secunda copulatam continet suppositionem.

Tertiò, cum de binarijs fer-

15. — c Apocal. 4. 8.

sensu est; observanda potest signorum, neuter, alter, uterque. Signum neutrum purè distributivum est, & unitates negat singulationem. Signum alter supponit pro binarij unitatibus disiunctivè, seu disiunctis, prout fuerit praedicationem: v. g. Alter oculus videt, Alter oculus ad cibendum requiritur. Signum uterque pariter à praedicatori determinatur ad suppositionem, vel distributivam, vel copulariam: nam, si dicatur, uterque equus est albus, suppositione est distributiva; si vero, uterque equus agit currum, copulata est. Communiter notatur, terminum, hinc signis affectum, supponere confuse, vel distributivè pro cibis binarijs; ita ut propositionis, uterque binus currit, sensus sit, Cuiuslibet binarij hominum quilibet currit, scilicet si Tō uterque asciptatur completere, si vero incompletè, sensus erit, Cuiuslibet binarij hominum aliquis currit. Similis doctrina traditur pro signis alter, & neuter. Sed videtur notatio inutilis. Nemo quippe his utetur signis (sicut distributivè, & disiunctivè), nisi de binario certo, ac designato loquens. Nec quisquam, opinor, propositiones eiusmodi concepit, aut negat, quin prius inquirat, de quo binario sit ihermo. Adeò quod sensus ille incompletus à Latine vocabuli sensu videretur alienus.

6. Quartò, signa, semper, & numquam, sunt distributiva temporis, ut ubique, & multis distributiva loci. Quare propositiones et ijs compositione resolvi possunt per deicendum ad singula tempora, seu loca disiunctè enumerata. Contrà, alias unde, & alicubi, disiunctim, vel disiunctivè per loca, & tempora vagantur.

7. Tertio, praedicationem communem in affirmativa, & negativa, uterque disiunctivè. A. affirmativa. Pro Suppositione Praedicationis.

7. Quidam haec tenet, ut dicitur in libro Disputationis, maxime spectant Suppositionem Subiecti, ex qua sententia pender propositionum sensus. Plura tamen locum etiam habent in Suppositione Praedicationis. Hæc postea si materialis sit, aut simplex, dignoscetur ex dictis cap. precedentibus circa hancmodi species. Sin autem personalis, poterit eius varietas in praedicatione ex le communis discerni sequentibus regulis. Prima est: in qualibet negatione propositione terminus communis, loco, praedicationis positus, distributive supponit, & resolutionem, seu deicendum, patet in immediate, id est, etiam abique resolutione subiecti. Ex g. propositione, Nemo non est Anglus, sic resoluta potest, Nemo non est hic anglus, nec est illi. Angelus, & sic de ceteris. Negatio enim, utrigenitatem naturam malignantis, veritatem, vim suam ita distribuit per omnia, & singula, quæ afficit, ut nulli patet.

7. Secunda: in praedicatione communis in affirmativa universali supponit confuse indefinite, nec resolutionem patitur, nisi mediate, id est, nisi prius resolvatur subiectum, in sua individua. Ex g. propositione, Omnis homo est animal, non bene sic resolvitur, Omnis homo est hoc animal, Et ipsi sunt animal, &c. bene vero sic, Hic unus est hoc animal, Et ille homo est illud animal, &c. Tertia: in affirmativa de subiecto singulari, neconon de particulari, seu disiunctivo, praedicationem communem supponit disiunctivè, patiturque deicendum disiunctivum immediatum. Ex g. propositiones, Per se est animal, Aliquis homo est animal, immo-

moto subiecto resolvi possunt per defensionem ad singula animalia sub distinctione vel. Alias hic regulas, ab alijs traditis, libenter praefero; ut aliquid confusas, nec admodum necessarias, et immutabiles esse videntur.

Quid de Relativis.

9. **S**ermo est de Relativis nomenclatura grammaticis; quorum manus est in meatem revocare rem antea dictam, quam Grammatici vocari. Antecedens. Quae referunt personam, aut substantiam rei, dicuntur *Relativi substantiae*, vt *Qui*, *Ille*, *Ipsa* &c. Quae referunt accidentis, vt *tantus*, *quantus*, *talis*, *qualis*, dicuntur *Relativi accidentis*. Præterea, dicitur *Relativum identitatis*, quod pro eodem accipitur, ac terminus antecedens; quod verò pro re diversa, *Relativum diversitatis*, vt *alius*, & *alter*. Denique ex Relativis quedam *reciproca* sunt, quedam non, vt ex Grammaticâ notum est, vel esse debet.

10. Iam, quid Thomista docent circa resolutionem, restrictionem, & suppositionem relativorum, ne forte desideres, accipe. Docent 1., qualiter propositione constans relativo *Qui*, *Quae*, *Quod*, resolvi debeat, idest, explicari per aliam clariorem eiusdem sensus. Resolvenda est, inquit, per prepositionem complexam; in cuius primâ categoriâ ponatur cum copula principali subiectura, & praedicatum, absque relativis; in secundâ relativum *Ille* cum copula implicationis (ita vocatur copula prius interiecta ab relativo *Qui*): hoc tamen discrimine, quod si resolutibilis affirmativa sit, resolvens debet esse complexa copulativa, non mutans copulam

implicationis: si verò resolutibilis negativa sit, resolvens debet esse complexa disjunctiva, implicationis copulam mutans, scilicet negationem detrahendo, si habeat, vel addendo, si non habeat.

11. His positis, universalis negativa, consistans relativis *Qui*, potest immediatè resolvi ratione relativi. *v.g.* *Nullum animal, quod est risibile, est irrationale*, sic bene resolvitur, *Nullum animal est irrationale, vel illud non est risibile*. Idem dicunt de affirmativis singulari, & particulari; necnon de singulari negativâ. At universalis affirmativa resolvi nequit ratione relativi, nisi prius resoluto subiecto in sua individua. *V.g.* *Omnis animal, quod est risibile, est rationale, male sic resolvitur, Omne animal est rationale, & ipsum est risibile*. Debet ergo prius ita resolvi ratione subiecti, *Hoc animal, quod est risibile, est rationale, & hoc animal, quod est risibile, est rationale*, & sic de ceteris; vt postea singulares iste sponte resolvantur ratione relativi. Idem volunt in particulari negativâ, *v.g.* *Aliquis bonus, qui currit, non disputat, que prius ratione subiecti, quam relativi, resolvenda est*.

12. Docent 2., quando restrictione converiat relativis *ille*, *ipsa*, *idem*, &c. Nam in copulativis affirmantibus, & in disjunctivis earum contradictorijs, *v.g.* *Homo est doctus, & ille disputat, Homo non est doctus, vel ille non disputat*, relativum *ille* restrictè refert suum antecedens, idest, non accipitur pro homine absolute, sed pro homine docto. Contrà accidit in disjunctivis affirmantibus, & in copulativis earum contradictorijs. Docent 3., relativum reciprocum supponere, sicut antecedens. Unde in his, *Homo diligit se, Mater diligit filium suum*, suppositio eadem est reciprocis *se*, & *suum*, ac termini-

minis homo, &c mater. Docent denique, suppositionem relatiui non reciprocipendere à signis ipsum sufficientibus, non vero à signis Antecedentis. Unde si dicatur, *Omnis homo disputat, & ille fecerit*, relatiuum ille non supponit distributivè, sicut terminus *homo*, sed determinatè, seu disiunctivè, quia non affectur signo *omnis*.

13. Verum enim verò multa in his, nisi fallor, nescientur falsa, multa dubia, seu gratis dicta. Falso in primis statuitur generaliter, quod negativa, constans relatiivo *Qui*, resolvi debet per complexam disiunctivam in statu copula implicationis. Nam loquente Petro, hac v. g. *Petrus, qui tacet, non loquitur*, male resolvitur sic, *Petrus non loquitur, vel ille non tacet*; quia propositio resolubilis falsa est, tunc ratione falsi suppositi, tum ratione copulae principalis; cum tamen resolvens vera sit ratione illius categoricæ, *non tacet*. Hac item, *Petrus, qui non currit, non disputat*, falsa erit, Petro currente simul & disputante; & tamen ista, *Petrus non disputat, vel ille currit*, vera tunc erit à secundâ categoricâ, cum ad veritatem complexæ disiunctivæ sufficiat utriusvis categoricæ veritas, ut nullus ignorat. Nec evades, etiæ relatiuum *ille* restrictè accipias pro Petro *loquente*, aut disputante.

14. Falsum deinde, quod universalis negativa resolvatur immediate ratione relatiui modo prescripto. Hac enim falsa est, *Nullum animal, quod est rationale, est vivens*; cum tamen vera sit hæc, *Nullum animal est vivens*, vel illud non est rationale: quia posterior categorica verificatur per brutum quodvis, siquidem *Tu illud, nullo signo ageretur*, supponit determinatè,

& perinde valet; ac aliquod animal. Recole numer. 12. fin. Quodsi malis, vt *Tu illud distributivè supponas*, en propositionem vndeque falsam, *Nullum animal, quod est lapis, est substantia*; quæ perperam resolvitur sic, *Nullum animal est substantia*, vel illud non est lapis; cum hæc vera maneat, etiæ *Tu illud accipiatur pro omni animali*.

15. Rectius ergo queritur propositio de relatiivo *Qui*, licet negativa, resolvetur per copulativam, illæsa copulâ implicationis. Hac v. g. *Petrus, qui tacet, non loquitur*, ita resolvitur, *Petrus non loquitur, & ipse tacet*. Ratio est: tam quia salvatur hoc pacto perfecta æquipollentia inter resolubilem, & resolventem. Tum quia relatiuum *Qui* eandem vim habet, sive copula principalis affirmativa sit, sive negativa: ergo semper continet enunciacionem quamdam indirectam, quæ censemur coniungi cum enunciatione directâ, & principali, consequenterque loquens censemur duo simul enunciata velle: rectè igitur mens eius exportatur, si ex vitroque enunciato, ut sonat, copulativa propositio sit, nullâ addita, vel detractâ negatione. Nec quidquam refert collocatio copulae implicationis ante, vel post copulam principalem. Imò quandoque postpositio erit inepta: v. g. *Tu, qui peccas, D^o penas dabis*, si ita resolvatur, *Tu D^o penas dabis, & ipse peccai*, sensus videbitur frigidus, & ineptus.

16. Quodsi de universalis negativa sit sermo, credide impias resolvendam esse ratione subiecti, quam ratione relatiui, quæ madmodum de universalis affirmativa dicitar: sic tamen, ut resolute subiecto, fiat

Hat resolutio relativi per complexam copulativam invariata copula implicationis, iuxta dicta nuper. Sed advertito, relativi *Qui non raro sensura effici conditionatum*, v. g. *Homo, qui in lethali noxa deciderit, condemnabitur*; ubi perinde valet *qui*, ac *si*. Tunc autem propositio resolvenda, vel explicanda est, hoc aut simili pacto, *Homo in lethali noxa non decedet, quin dannatur*.

17. Præterea, quod attinet restrictionem relativorum *ille, ipse, &c.*, admittendum quidem in copulativis affirmantibus, quando prædicata prima categorice de formalitate habet ad prædicatum secundæ, scilicet quando illius est causa, ratio, vel conditio; v. g. in istis, *Homo est frangit, & ipse faciliter peccata labitur, Iustus est filius Dei, & ipse est heres aeterna Glorie*. Ceterum, quando prædicata sunt inconnexa, v. g. *Petrus est musicus, & ipse est Logicus*; item, quoties præferunt sensum divisum, v. g. *Petrus domos edificat, & ipse diruit*; item, generaliter in disjunctivis negantibus; ea doctrina vel falsa est, vel incerta.

18. Denique, regula circa suppositionem relativi non reciproci, quia facilitate assertur, negari potest. Eccl. in hac propositione, *Omnis Planeta luceat, & ipse moveretur*, relativum *ipse* non supponat distritutivum pro omni. Planeta. Accedit quodcumque, cum dicitur, *Hic homo sedes, & ipse disputat*, relativum *ipse* abs dubio, supponit singulariter; iam ergo suppositionem mutuantur a signo, quo afficitur Antecedens; et cur agitur non eam pariter mutuantur a signo Antecedentis universalis.

CAP. IV.

Alio. Termini proprietatis explicantur.

Supersunt Termini proprietas sex, videlicet Status, Ampliatio, Restrictio, Diminutio, Alienatio, & Appellatio; quas melius forte dixeris. affectiones varias Suppositionis. Postrema explicabitur cap. sequ. Cæteras nunc ordine aperiemus.

Status.

Status est Acceptio termini significato ut existente tempore importato per verbum primo aspectu. Dicitur *Status*, quia terminus sic acceptus, videtur esse in statu connaturali verbo, id est, suppositionem habere verbo connaturalem. Nec limitari debet ad tempus præsens, vt Thomistæ docent, & non probant; terminus enim, acceptus pro re præterita, aut futurâ, habebit statum, dummodo verbum sit de præterito, aut futuro; eo quod tunc suppositionis status verbo connaturalis sit. Quarè in propositionibus, *Adamus existit, Elias existit, Antichristus existet*, datur status, terminorum.

3: Contendit nonnemo, statum termini non pendere à tempore importato per verbum sed tum reperriri, cum terminus accipitur pro primo seu primo significato: si autem ulterius extendatur, tunc fieri ampliationem. Exemp. g. vox *Filius*, cum accipitur pro immediata prole, habet statum; cum autem extendatur, ut sepe sit, ad nepotem significandum, ampliatur. Item, numerus septuagintarius, acceptus ut sonat, habet statum; acceptus verò, ut sepe in Sacris Litteris, pro numero indefinito, vel universali, ampliationem habet. Hanc doctrinam,

nec in eptam puto, nec ad alia iniutilem. Ceterum ad rem Dialecticam vtilior est consideratio status in ordine ad verbum; id quod usus obtinuit in omni Schola.

Ampliatio.

4 Ampliatio est Extensio suppositionis ultra statum. Quarè, dum terminus accipitur etiam in ordine ad alia tempora præter id, quod verbum præfert primo aspectu, dicitur ampliari. Sic in propositione *Prædestinati Salvantur*, subiectum extenditur etiam ad *Prædestinatos*, qui extiterunt, & extituri sunt. Item in propositionibus Evangelicis, *Cœci vident, Claudi ambulant, fundi audiunt*, subiectum penes materialē ampliatur etiam ad tempus præteritum, postulatque existentiam nunc, & anteā. Imò, non solum ad duo tempora, sed etiam ad duas formas pro diversis temporibus existentes, atque inter se contrarias, v.g. ad cœcitatem, & visum, idem subiectum ampliatur. Quāobrem propositiones eiusmodi veræ sunt, non in sensu composito, sed in sensu diviso; id est, non ita ut utraque denominatio simul ponatur, sed ita ut per distincta tempora dividatur.

5 Dixi, primo aspectu: quia sèpe verbum, primâ facie præferrens certam aliquam temporis differentiam, refertur etiam ad alia tempora; tumque non modò subiectum, sed ipsum quoque verbum ampliatur. Id evenit in propositionibus æternæ veritatis, quæ pro quovis tempore verificantur, v.g. *Homo est rationalis*; atque etiam in iis, quæ necessariae sunt ex Divino statuto, sive in dogmaticis, v.g. in ea Domini sententiâ, *Qui sequitur me non ambulat in tenebris*. Idem ferè contingit, cum de solâ potentia, seu possibiliitate, sermo est, v.g. *Homo potest existere, aut potest currere*. Ad

a Ioan.

Ampliationē reduci possunt Antelationes, & Retrotractiones, in propheticis Sacrae Paginæ frequentes. V.g. propositione, *Ecce Virgo concipiet, vera est, quia retrahitur ad tempus Iiæ*; & hæc alia, *super vestim meam misericordia sortem, verè prostrabatur à Piatographo per Antelationem ad tempus Paisionis Domini*.

6 Distinguunt Summulis & duplex Ampliationis genus, alterum penes significata, alterum per ès tempus. Ceterum ampliatio penes significata, vel explicari debet, prout supra numeri 3; vel potius sic intelligenda, ut solum conveniat termino communis, quando præter individua existentia tempore notato per copulam comprehendit etiam alia pro alijs temporibus existentia; id quod accidit in propositionibus dogmaticis, & quoties terminus communis suppositione gaudet naturali. Unde ampliatio huiusmodi nunquam abique ampliationē temporis inventur.

Restrictio.

7 Restrictio est Coarctatio termini ad suppositionem minorem ea, quam baberet absolute positus in propositione. Est autem varijs modis. 1. per adiectivum, ut *Homo doctus* disputat. 2. per appositionem minoris substantiae, ut *Rex Philippus imperat*. 3. per relativum, ut *Homo, qui est in foro, ambulat*. 4. per adverbium, ut *Ferit pugnans coronavitur*. 5. per obliquum, ut *Equus Petri est albus*. Denique per quodvis additum, sive notam, quæ termini amplitudo limitetur. Id quod etiam termino singulari contingere potest, v.g. *Alexander, vino potus, erat impotens sibi*. Vides ergo per additiones ista modo terminum *homo*, & reliquos ex parte subiecti positos, ad minorem quamdam, limitatamque suppositione coarctari. S. 22.

Ad-

Additum restrictivum non limitat nisi terminatum, cui opponitur. Unde, si dicas, *Omnis Planeta est sydus erraticum*; *Tō erraticum non subiectum* restringit, sed prædicatum.

8 Subiectum commune sæpe quoque restringitur à prædicato contingenti, quod existentiam postulans de presenti, suppositionem subiecti naturalem impedit, & indefinitam æquivalenter disiectivam determinat: quod indicat regula Dialectica, *Talia sunt subiecta, qualia permittuntur à suis predicatis*. Modò tamen hoc genus restrictionis non attenditur: sed tum dicitur restrixi terminus, cum eius suppositio ex additione quâdam minor evadit, quam si nûdè sumptus cum eodem subiecto, vel prædicato poneretur. Hinc ergo naetienda est restric̄io, non ex recessu ab ampliatione, vel statu, vt alij volunt: potest quippe terminus esse restrictus, & simul statutus, aut ampliatione habere. Quocirca, licet apud Iurisperitos restric̄io contraria sit ampliationi, quò pertinet Regula 15. Iuris in Sexto, *Odis restringi*, & favores conuenit ampliarizatamen apud Dialecticos amico foederé coherere possunt.

Loci arguendi à Restrictione.

9 Hic aliquot regulæ tradiſſent pro legitimâ consequentiâ à termino restricto ad non restrictum, vel, vt paſſim dicitur impropriè, ab amplio ad non amplum, aut è converso. Prima: à restricto ad non restrictum valet affirmatiæ consequentia, sive de subiecto, sive de prædicato fit sermo. V. g. *Homo doctus disputat*, ergo *homo disputat*; *Petrus est homo doctus*; ergo *est homo*. Secundas: à subiecto restricto ad non restrictum valet consequentia negative, secùs à prædicato. Hinc recte argui, *Homo doctus non currit*; ergo *homo*

non currit, saltem si detur constantia subiecti, de qua inferius: at non rectè sic, *Petrus non est homo doctus*, ergo *non est homo*. Tertia: à subiecto non restricto ad restrictum, vel, vt aiunt, ab amplio ad non amplum, nulla est consequentia, saltem ratione formæ, tam negative, quam affirmatiæ. Unde nec valet hæc, *Homo currit*, ergo *homo doctus currit*: nec ista, *Homo non currit*, ergo *homo doctus non currit*; vt patet in casu, quo doctus currat, & non currat indoctus. Quarta: à prædicato non restricto ad restrictum valet consequentia negative, non valet affirmatiæ. Exempla facilia sunt. Hæc de terminis nona restrictis, nūdè positi.

10 Quidam terminus communis distributive supponat ex additione signo, valet consequentia à non restricto ad restrictum, posita constantia subiecti, tam affirmatiæ, quam negative; non autem vice versa à restricto ad non restrictum. Exempla sunt cuivis obvia. Constantia termini restricti tum ponitur, cum simili statuitur eius obiecti existentia. Quare propositioni, *Omnis equus currit*, addre debes, & *equus est albus*, vt rectè colligas, ergo *equus albus currit*: hoc enim minimè inde sequitur, nisi constet, equum album reperiiri.

Diminutio.

11 Diminutio, quædam velut species Restrictionis, licet non iisdem legibus subiecta, est *Circumlocutio significatio's termini à toto ad partem*; vel, si mavis, *Reductio significatio's absolute ad significacionem secundam quid*. V. g. *cam* dicitur, *Aelius est albus secundum dentes*, *Tō albus* est terminus diminutus; quia non significat *absolutè*, & *simpliciter*, sed tantum secundum quid, sive cum addito diminuerint. A termino diminuto ad non-

dumitatum, aut è converso, nulla est consequentia; nisi in ijs dumtaxat denominationibus, quæ suæ naturæ immediate convenient parti, & inde trahantur ad totum: ex eo enim, quod Petrus sit capillis cris-pus, capite coronatus, mento bar-batus, pede claudus, & sic de alijs, rectè inferes, esse absolute cris-pum, coronatum, &c.

Alienatio.

12. **Alienatio** est *Distractio termini à propria ad impropriam significacionem*. Fit potissimum per metaphoram, & ironiam. Fit etiam per quodvis additum, quo terminus à proprietate deficit: v. g. *Homo pictus est pulcher*, *Aristoteles vivit in memoria boninum*: vbi *pictus*; & *in memoria*, dicuntur addita alienantia terminum *homo*, & verbum *vivit*. Fit denique respectu verbi *est*, quoties indoles terminorum propriam eius significationem non patitur: v. g. *Lignum est combustum*; vbi verbum *est*, alienatur à significatione existentiæ, vel identitatis de praesenti, quamvis eam præferre videatur: imò & subiectum alienatur à tempore importato per copulam.

13. Hic à Thomistis additur, velut alia proprietas termini, *Remotio*, quæ est *Distractio termini à propria significacione vi alicius additi repugnantis*, v. g. si dicater, *Equus incorporeus currit*. Hec dicitur *Implicatio in terminis*, vel *Implicatio in adiecto*, saltē quando expressa in vocibus oppositio est, v. g. *Creatura increata loquitur*: reducique potest ad Alienationem.

Nonnulla Thomistarum Placita circa Ampliationem, & Restrictionem improbaeantur.

14. **P**rimum est: *Terminus homo* v. g., dura accipi-tur pro eo, qui est & fuit, restringitur; dum autem pro eo, qui est vel fuit, ampliatur. *Contrà*: Thomistæ docent, terminum ampliari, cum eius suppositio excedit statum; restringi verò, cum statum non plenè attingit. At suppositio pro eo, qui est & fuit, utique excedeat statum; siquidem ultra tempus præsens (quo circumscribitur status iuxta Thomistas,) extenditur etiam ad præteritum: ergo reipsa ampliatur.

15. Secundum: a verbum de præterito ampliat subiectum ad præsens, & præteritum; vt etiam verbum de futuro, ad præsens, & futurum. Unde, si dicas, *Homo fuit albus*, accipitur homo pro eo, qui est vel fuit: si verò dicas, *Homo doctus erit Episcopus*, accipitur homo pro eo, qui est vel erit doctus. *Contrà* 1.º propositio, *Homo fuit albus*, et si per-mittat existentiam hominis de præsenti, determinè supponit existentiam de præterito: nam si alterutram indeterminatè, seu disiunctivè supponeret, ad eius ve-ritatem sufficeret sola existentia de præsenti; quod est aperte fallum. Tunc ergo suppositio non est pro homine, qui est vel fuit, sed potius pro homi-ne, qui fuit, & forsitan adhuc est. Hic autem nulla ampliatio: alioquin omnis ferè propositio de præsenti, non statum, sed ampliationem subiecti continebit, cum permittat, seu non impedit existentiam eius tempore præterito, aut futuro. Adde quod



subiectum propositionis de praetento, ad futurum etiam ampliandum est eodem iure, accipiendounque pro eo, qui fit, vel est, vel sit. Ut eam propositionem eiusmodi verificari potest per hominem viventem adhuc, sic & per hominem diu vivendum.

16. *Contra 2.* : Suppositio subiecti quantum ad tempus, debet esse iuxta exigentiam praedicati: ultior quippe extensio impertinens est ad veritatem propositionis: ut perspicue cernitur in propositione de praesenti, v.g. *Homo est albus*, ubi idcirco praecluditur ab existentia hominis aut, & post, quia de materiali se habet ad propositionis veritatem, & exigentiam praedicati. Atqui praedictum de praeterito solum exigit, ut subiectum antea existerit. Prob. hoc. Tum quia iuxta Thomistas praedictum eiusmodi restringitur ad praeteritum. Tum quia, et si nullus equus nunc existat, dummodo alius existerit, albusque fuerit, vere dictum potest. *Equus fuit albus.* Satisit ergo exigentia praedicati per existentiam subiecti de praeterito, proindeque ampliatio ad alia tempora impertinens est. Idem dico in propositionibus de futuro, proportione servata. Quapropter non aliunde pendet ampliatio, quam ex propositionum sensu, & inde terminorum, exigentiam non uno in tempore postulandam, iuxta dicta superius.

17. *Tertium: Terminus, inceptionem significans, ampliat rem, quae fit, ad praesens, vel futurum: significans vero destructionem, ampliat rem, quae definit, ad praesens, vel praeteritum. Unde, cum dicitur, Petrus facit domum, denotatur domus, quae est, vel erit: cum vero dicitur, Petrus destruit domum, intelligitur donus, quae est, vel fuit. Verum haec regula*

peccat 1. in inceptione rei transeuntis, v. g. *Petrus loquitur, Petrus facit*, vel, quod perinde est, *facit verba, facit salutem*; neque enim satus, & verba ampliari possunt ad futurum, cum illico pereant. 2. in ipsa ratione rei permanentis: nam si domus ampliatur ad futurum, id est, quia exigit durare ultra praesens: ergo exigit utrumque tempus: ergo non unum vel alterum, sed unum & alterum. 3. in destructione: nam, si res, quae definit, ampliatur ad praesens, poterit esse actu existens, dum actu fieri, ignis v. g. in punto temporis, quo extinguitur. *Nihil facies.* Denique in distinctione vel, quae indicat, veritatem propositionum istiusmodi stare posse cum utrovis tempore seorsim ab altero; quod repugnat.

18. *Quartum: terminus, prioritatem significans, ampliat rem priorem ad praesens, vel futurum: significans vero posterioritatem, ampliat rem posteriorem ad praesens, vel praeteritum. Exempla fungo, Petrus est prior Antichristo, est posterior Adhuc quorum altero notatur Petrus, quia est vel erit; altero Petrus, qui est vel fuit. Hac etiam regula peccat 1. in distinctione vel, sicut praecedens. 2. quia non omnis prius, nec omne posterius, est capax ampliacionis ultra praesens, v. g. *Hodierna dies est prior crastini, est posterior festina.* 3. quia, ut verificetur, rem nunc esse priorem, aut posteriorem, impetraverit, ac de materiali se habet eius existentia, quae fuit, aut erit: ergo ab ea praescindit suppositione termini, ut expendimus num. 16.*

19. *Quintum: Verba significantia actum animae interiorem, ut Intelligo, Volo, ampliant terminos usque ad imaginabilia. Hoc ut capias, tecto, apud Dia-*

Dialecticos distinguui temporis differentias quinque, nimirum praesens tempus, præteritum, futurum, possibile, & imaginarium. Itaque imaginarium, sive imaginabile, prout distinguitur à possibili, sonat tempus fictitium, sive chymericum. Cum ergo dicas, *Intelligo hirco-cervum*, b accipis hirco-cervum pro praesenti, præterito, futuro, possibili, vel qui fingi potest. Necio tamen hac regula quid veri contineat. Numquid, si dixeris, *Credo mysterium Trinitatis*, *Diligo Iesum*, *Volo Gloriam eternam*, ampliabo terminos ad existentiam imaginariam, & chymericam? Aut si dicam, *Intelligo diem Iudicij*, & carnis Resurrectiōnēm, hos ampliabo terminos ad tempus etiam praesens, aut præteritum? Præterea, quomodò hirco-cervus, aliavè chymera, essentialiter impotens inquam existere, ampliabitur ad differentias temporis verè talis, v.g. praesentis, aut præteriti?

20. Rectius ergo dixeris, cum verbis *Intelligo*, *Volo*, &c. coniungi posse, & sape coniungi terminos, ex se, aut aliunde determinatos ad certam differentiam temporis, adeoque respueates vltiorem ampliationem. Certe nullus terminus indifferenter ampliari valet ad tempus possibile, & chymericum. Non tamen negavetis, quod si terminus ex se indifferens sit ad varia tempora realia, quodammodo cum ijs verbis amplietur: si enim dicas, *Intelligo hominem*, non determinas hominem praesentem præ futuro, præterito, aut possibili. Verum ne id quidē convenit omni verbo significanti actum animæ interiorum. Nam quedam determinant rem præteritam, vt *Memini*, *Recordor*; quedam rem praesentem, vt *Gaudeo*, *Intuitivè cognosco*; quedam rem futuram, vt *Preficio*, *Præfigo*, *Spero*, *Opto*.

CAP. V.

De Appellatione.

A Ppellatio non idem Dialecticè, quod Grammaticè, aut Juridicè significat. Dialecticè sonat affectionem unius termini ab altero, definiturque paucim, *Applicatio significati unius termini ad significatum alterius*. Terminus, qui applicatur, dicitur *appellans*: terminus, cui alter aptetur, dicitur *appellatus*. Sic, dum aīs, *Aristoteles est magnus Philosophus*, appellat terminus *magnus* terminum *Philosophus*; quia magnitudo applicatur ad Philosophiam, non ad statuam, ad aliasvè Stagiritæ dotes. Prædicatum totale semper appellat supra subjectum, cum semper ipsi applicetur. Alij vero termini partiales aliquando appellant supra pricipuam partem prædicati, vt in proximo exemplo; aliquando supra pricipuam partem subjecti, vt *Equis subus currat*.

2 Duplex est Appellatio, formalis, & materialis. Formalis est *Applicatio significati unius termini ad formale significatum alterius*. Materialis est *Applicatio significati unius termini ad materiale significatum alterius*. Forma, vel quasi forma, quam expreſſe terminus præfert quasi denominantem, dicitur significatum *formale*: huius autem *formæ* subjectum, significatum *materiale*. Dum ergo dicimus, *Album est colo atum*, appellatio est formalis, quia coloratum convenient albo ratione forme. Contrà, si dicas, *Album est dulce*, materialis appellatio est, quia dulce convenient subiecto ratione sui, non ratione formæ, seu mediante albedine, que-

tunc se habet, non de formalis, sed de materiali. Addant aliqui Appellationem mixtam. Sed eam omittimus, quia vix, aut ne vix quidem, à materiali disceratur.

3. Thomistæ non aliam Appellationem agnoscunt, præter eam, quam nos dicimus formalem, cuius à nobis traditâ definitione definitiunt ipsi Appellationem in communi: ideoque docent, omni Appellatione carere terminos, qui formaliter non appellant. Nulla hic potest esse contentio, nisi vocalis. Partitio, quam dedimus, Appellationis, apud Authores nostros recepta est. Sed, dummodo varius iste vocis usus tibi sit in disputando perspectus, loquere prout lubet. Maioris momenti est, regulas statuere pro discriminanda Appellationes cuius varietate propositionum sensus facile confundi potest, & perturbari.

Thomistæ Régule experientur.

4. Quas Thomistæ regulas tradunt, sunt huiusmodi. Prima: quando substantivum, & adiectivum ponuntur ex parte diversi extremiti (id est, alterum ex parte subjecti, alterum ex parte predicatori), nulla intervenit appellatio. Nominis Appellationis absolute, iuxta idiomam Thomisticum, semper intelligi formalis. Exemplo fit, *Petrus Philosophus est magnus*; ubi ly *magnus* non appellat, quia non tribuitur Petro ratione Philosophia, sed aliunde. Vcūm hæc regula deficit in malis; in his v. g. *Vr homicida est morte dignus*, *Homo contemptor Dic est rebus inferni*, *Homo possessor Glorie est Valens*: item, *Hic artifex est peritus*. Hic Orator est eloquens,

Hic miles est veteranus. Quis negat in his attributionem prædicti formalem, seu ratione formæ, substantivo subiecto v. g. substantivo *miles*, ratione militiae?

Secunda: quando substantivum, & adiectivum ponuntur ex parte eiusdem extremiti, datur appellatio: id est, adiectivum tunc affice substantivum ratione forme. V. g. *Magnus Logicus disputat*, *Petrus est magnus Logicus*. Sed advertit M. Froylan, regulam non procedere, quando ea nomina significant formas disparatas, v. g. *Petrus est musicus avibus*. Verum, cum huic exemplo similia possint formari quamplurima, iam regula generalis nimil accisa, & mutilata manet, atque etiam verborum tenore fallax: tertiisque regula erit congrua significatio, & coherētia terminorum, attenā consuetudine recte loquentium. Nec dicas cum Recentiore Thomistæ, regulas hæc D. Thoma probai 3. p. q. 16. art. 7. & 9. Nam ibi nullam Divus statuit regulam generalem; sed de certis loquitur enunciatis circa mysterium Incarnationis, in quibus formalis appellatio deest. Nos autem non hic contendimus, regulas Thomisticas in cunctis claudicare.

5. Tertia: & valde solemnis: datur appellatio, quando ex parte eiusdem extremiti rectus præcedit obliquum; scilicet, si subtequatar. Hinc longe aliud forat Regis regis, quana equus Regis: quia prior terminus significat equum, qui est, vel olim fuit Regis, posterior autem eius, non nisi equum nunc à Rege, posseum. Idem est, in obliquis verbo communis. Nam cum dico *Vidi Papam*, significo, me viduisse Papam tempore Papatus, cum autem ait, *Papam viam*, solum indico, me vidisse bonitatem, qui est, vel fuit Papa.

Idcirco male sunt consequentiae: Regis equus currit, ergo equus Regis currit: Papam vidi, ergo vidi Papam: Petri pallium est bonum, ergo pallium Petri est bonum: Carnes crudas comedи, ergo comedи carnes crudas. Meras hic nugas agnoscit cum. Caramuel. Servera. Evidet, si tantum latet in obliquorum collocatione mysterium, miror sane, quod illud patrum Latini Auctores vel ignorent, vel dissimulent, certe inter loquendum, aut scribendum, non attendant.

7. Profecto in Sacris Litteris sape invenitur obliquum recto postpositum, quin actualiter possit esse, aut habitationem denotet. V. g. 1. Reg. 17., mortuo iam, & trunco Goliath, dicitur adhuc *Capiit Philisteum* c. 21., *Glaadius Goliath Philistei*. Item 3. Reg. 21. sape dicitur *Vito Nabor*, quae ipsi iam mortuo ablata fuerat: & 4. Reg. 2., *Pallium Elie*, quod non iam ab Eli, sed ab Eliseo posseidebatur. Praterea, dum Paulus ait, a *Cesareo appello*, negetur ne consequentiam istam, Ergo appellari *Cesareum* dumque dixit, *b. Bonum certam n certam*, rejiceret ne sic inferentem, *Ego certus vi certamen bonum*? Pariter, credo, ex illis propositionibus, c. *Virgam vigilanter ego video*, *Oklam succensam ego video*, recta consequentia deduci possunt alia, verbis eodem, & obliquorum transpositione dissimiles. Multa etiam exemplorum millia præbere posseat SS. Patres, &c idonei quique Latinitatis Auctores, nisi res esset patrum obiectum.

8. Quarta: verbum significans actum interiorum animarum, appellat supra formaliter significatum eum huius quem fertur. Hanc regulam extencunt plures ad actionem ieiunum exteriorum, ut *Video*, *Audie*, *Exprimo*. Sed in intelligenda

ad Act. 25. — b 2. Timot. 4. — c Jam. 1. g Homi. 37. in Evang.

est (inquit), dum verbam præcedit terminum; si enim subsequatur, non appellat. Exempla fuit, *Cognosco venientem*, & *Venientem cognosco*: quorum in primo denotatur veniens sub ratione venientis determinata; non ita in secundo, ex quo proinde non licet inferre primum. Hec etiam regula refellitur nuperis exemplis, *Cesarem appollo*, *Virgam vigilantem ego video*; vbi non dubium, quia verba determinata respiciat *Cesarem* ratione potestatis. *Cesarex*, & *Virgam* sub ratione vigilantis. Refellitur item illis *Palmographi* pronunciatis, d. *Iniquitatene manu* *tgo cognosce*, *e Iniquos odio habui*, & *Legem tuam dilexi*: & alijs, quæ innumeratae optima quoque. Authore produci possunt.

9. Nec senper appellatio est formaliter, verbum eiusmodi præcedat terminum. Nam, dum Christus dicit, *Si quis vnit ad me, & non edit patrem suum, & matrem, &c*, non potest esse discipulus verbum *Odit*, utique significans actum animarum, non appellat superius formale sequentium terminorum: non enim iubemur odire personas illas formaliter sub ratione patris, matris, &c, sed tantum sub ratione adversantis in via ecclesi, & quoad nobis adterentur: ut egregie explicat Magn. Gregorius. Docet quidem post Aristoitem D. Thomas, b. quod, veniente Corisco, non recte arguitur sic: *Cognosco uidentem*, ergo *cognosco Coriscum*; aut è converso. At non id revocat in collationem terminorum, sed in illis principiis, *Non quidq; id est verum de accidens; verificatur etiam de subiecto, nec vice versa*.

10. Potissimum ergo regula generalis est, naturalis, & obvius propositioni sensus *Psal. 50.* — *e Ps. 118.* — *f Luc. 14.* — *b Opus. de fabula. c. 1. & 9.*

senus, qui pendeat ex visu, ex circumstantijs, & ex indole rerum significatarum. Hinc, cum dicimus, *Bonus latro Paradisum in cruce meruit*, satis claret, tum ex circumstantijs, tum ex indole rerum, appellatio termini *bona* supra subiectum, non supra formam termini *latro*. Similiter, cum turba dicitur *vnde res muros loquentes*, i.e. plana est appellatio formalis. Tamen *supra T. loquentes*; ut & materialis appellatio termini *loquentes* supra terminum *muros*. Et generaliter, quoties duo termini concurrunt, significantes formas oppositas, ut *mutui loquens*, vel saltē penitus inconnexas, ut *miles musicus*, appellatio est materialis, sive ex parte eiudem, sive ex parte diversi extremiti collocebatur.

11 Appellatio vero formalis in terminis ex le capacibus, vix habet in specie regulas incoacusticas, cum ex varijs pendeat circumstantijs. Nonnullas tamen subiungo plerumque certas. Prima sit: quando ex parte subiecti fit reduplicatio particulis hisce, ut, prout, quatenus, in quantum, secundum quod, &c., prædicatum formaliter appellat supradictum terminum reduplicatum. Ex g. *Petrus, in quantum musicus, est bonus*. Ita passim Authores, etiam Thomistæ. Solum obstat, quod D. Thomas Kambiguum sensum agnoscit in his enunciatis, *Christus, secundum quod homo, est creatura, Christus, secundum quod homo, est Deus*; eo quod terminus *homo*, et si reduplicatus, potest accipi vel pro Supposito, vel pro natura; seu, quod eodem redit, vel pro materiali, vel pro formalis significato. Ceterum ipse D. Thomas simul docet, terminum *homo* vi reduplicationalis accipi magis propriè pro natura; ideoque ex ijs enunciatis prius magis concedendum esse, quam

negandum, secundum verò magis negandum, quam concedendum. Porro, cum de mysterijs Fidei sermo est, nequa sit ex varietate appellationis occasio errandi, maximè oportet ut distinctione, quā omnis ambiguitas evanescat, etiam ex sensu orta minus proprio.

12 Secunda: quando duo termini, capaces appellationis formalis, ponuntur ex parte eiusdem extremiti, alter alteram afficit formaliter. Ex g. *Petrus est bonus musicus, Miles veteranus pugnat*. Sed adverte, sepe adiectivum, grammaticè locatum ex parte subiecti, rationis ordine pertinere ad prædicatum: v. g. *Miles quidem bonus est musicus, at non bonus est pugnator*; ubi *T. bonus* ad prædicatum pertinet. Id quod, si alia circumstantiae desint, poterit in scripturā colligi ex interiecto commate: in locutione vero, ex merula, vel toto vocis, sciungente quadammodo terminos, *miles, bonus*.

13 Tertia: substantivum, vel adiectivum, ex parte subiecti positum, cuius formale significatum est ratio, fundamentum, aut radix prædicati, formaliter afficitur à prædicato. V. g. *Homo iustus est heres Cœli, Bos cornuta est vitandus*. Contrà, si dicatur, *Bos cornuta est pinguis*, prædicatum non afficit formaliter terminum *cornuta*, ob rationem contrariam. Quodsi prædicatum indifferens sit, ut coaveniat subiecto ratione formæ, vel aliunde, dubia est appellatio, debetque præviâ distinctione determinari.

14 Quod attinet ad casus obliquos, genitivus, sive antè, sive post rectum positus, significare potest habitudinem vel causalitatis, vel possessionis, tum presentis, tum præterit.

V. g. *Liken Petri* indiferens est, ut significet librum, quem Petrus vel composuit, vel præhabuit, vel modò possidet. Quare, nisi ex circumstantijs sensum colligas, vtere distinctione. Alij casus obliqui, verbo coniuncti, vt cumque collocentur, ex se pariter indiferentes esse solent, ut à verbo afficiantur formaliter, vel materialiter; nisi forte significant formas actione verbi destruendas, v. g. *Dominus illuminat cœcos*. Pierumque tamen, vbi nihil imminet absurdū, formaliter afficiuntur, maximè à verbis significantibus actum internum animę, vel externum sensus, quin varietas collocationis quicquam referat.

15. Regula hucusque traditę variari fortasse poterunt ex intentione loquenti, & à communī confuetudine consuēto recessentis. Id tamen efficiere non potest, quominus iuxta communem sensum propositiones concedere, vel negare liceat, distinguendas postmodum citata dedecus; sicui Sophistæ libeat cavillari.

16. Notandum hic ex D. Thomā, & quod̄ nomina numeralia primitiva species, ut *duo*, *tres*, &c.,

adiectivis addita, numerant, seu multiplicant sola subiecta, & quasi materialiter appellant: v. g. *Existunt tres albi*; quæ prepositio vera esset, quamvis eadem numero albedo in tribus hominibus existeret. Addita vero substantivis, appellant quasi formaliter, quia principaliter multiplicant, sive numerant formas. Idecirco in Divina Trinitate non sunt tres *Dī*, quia Deitas est unica, licet sint tria *Supposita*, seu tres Personæ. Dixi *principaliter*: quia minus præcipue, & ex consequenti, censentur etiam cum formis numerare subiecta. Quidam numerale sit *Denominativum*, poterit convenire concreto ratione vtriuslibet formæ, vel *Suppositi*: sicut dicitur *Deus trinus*, & *vitus*.

17. Denique, pro argumentatione regula generalis est, quod̄ ex varietate appellationis consequentia vitatur. Unde male sic arguēs: *Petrus est bonus, & est Logicus*, ergo *est bonus Logicus*. Aut è converso: *Petrus est bonus Logicus*, ergo *est bonus*. Nam *ly bonus* non eundem terminum afficit in Antecedenti, & in Consequentia.

D I S P U T . VI.

Fusio[n] de Termine Controversia triplex discutitur.

UT tyronibus, quos forte iuvabit ingenij periculum publico certamine facere, teneris apta viribus arma suppetant, proponanturque palestra latior, campus aperitus; tres modò super Termino Quæstiones fusus, quam pro Summularum modulo, disceptare placuit. Eas vero hucusque reservavimus, cum nè doctrinæ seriem iaterturbarent, tūm ut suā seorsim Disputatione conclusas facile, ac citrā incommodum præterire posint, qui ad alia preperant, & doceri, quam disceptare, malunt.

CAP.

de terminis et terminorum significacione

CAP. I.

Utrum vox nihil ex infinito significans sit.

Terminus res esse non possit nisi sit vox.

Nihil est vox nisi sit vox.

In specimen vocum nihil ex hoc enim placito significantium, producentur pal-

sim Blidiri, & Sindapsus, que si forsan alicubi genuum significatum habeant,

voces autem confundi poterunt, vel ex-

dem iste viarum praecisa significatio-

ne, aut ex hypothesi, quod nihil signifi-

cantur, nullius obiecti, tam negati, quam

positivi, signa sint ad placitum: nam si

voces significant ipsum nihilum, velut

quoddam obiectum, ut voces iste, Ni-

hil, Care, ita Pravatio, ad placitum pro-

culpabilis significant. Loquimur ergo

de voce articulata, quae suo naturali

significatu contenta sit. Porro vox

qualibet articulata, praeter imaginati-

onem, & conceptum sui, necnon per-

sonam proferentia, quas ut suinet

caulas presupponit, & quarum est na-

turale signum; scilicet ipsam naturaliter

manifestat audienti; quidquid sit, an

hec manifestatio defecta distinctionis

significatio proprie dici queat. Quaeri-

tur itaque, an Blidiri, quatenas semet

naturaliter manifestatur posset esse

Terminus formalis?

2. Negant Thomistæ communiter, &

rogati, quodnam sit formale sub-

iectum in propositione, Blidiri est vox?

respondent, esse vocem aliam, sive dic-

tionem, quae tacite subintelligi debet,

v.g. hoc res ipsa vox, hic vox, hic sonus,

aut quid simile. Unde, inquit, illa

propositio, si proferatur integra, sic for-

nat, Hec vox Blidiri est vox: vbi forma-

le subiectum, formalisque terminus,

solum est Tunc vox; & Blidiri dum-

taxat est materiale subiectum, seu ter-

minus objectivus aliter, ac, si de-

signatur Petrus dicas, Hic homo est albus,

Petrus ipse non est terminus formalis,

sed pars objectivus, pro quo formaliter

supponit terminus Hic homo. Con-

sequenter docent Thomistæ, nullam

vocem materialiter acceptum, licet

alioqui significet ad placitem, esse ter-

minauna formalem, v.g. in enunciato,

Homo est vox: semper vocem aliam

subaudiri putant, v.g. Hic sonus. Hinc

negant, suppositionem materiale

esse proprietatem termini formalis, &

proprię Logici. Frustra ergo Thomistæ

mapugnat quidam paritate vocis,

alioqui significativa, sed materialiter

supponentis.

3. Contraria tamen, & mihi

vera sententia, placet commuauerit

Auctoribus Societatis. Et prob. i.: pro-

nunciatum, Blidiri est vox, nullo termino

subintelleto, est integra proposi-

tio vocalis: habet ergo subiectum

formale: ergo in ipso Blidiri forma-

le subiectum est, cum non aliud ap-

pareat: ergo & terminus formalis.

Cirteria constant. Prob. Ant. c.: pronun-

ciamus illi, nullo termino subintel-

lecto, idem vocaliter manifestas, quod

intus significat propositio mentalis

affirmans, Blidiri esse vocem: id quod

de secundâ, & tertâ voce certum est;

de primâ vero certum pariter esse debet:

nam Blidiri manifestat semet, est-

que etiam id ipsum, quod ex parte

tabiecti significat propositio mentalis.

Ergo ternarius ille vocem, quâvis alia

præcisâ, est integra propositio vocalis,

4. Prob. Conj. q.: propositio vocalis

tota consistit in complexione vo-

cam, id ipsum externe manifestan-

tum, quod propositio mentalis inter-

ne repræsentat, sive quod externe sig-

nifica, et, si assiri, aut videri posset: si

ergo ternarius ille præstat hoc mu-

nus, perfecta præpositio vocalis evadit.

Pater Anselm: tum quia non aliud ad finem instituta est externa locutio, nisi ut alij manifestemus, quod mente concipimus: & ideo commercium Angelicum vocali sermone non eget: ergo finis enuntiative locutionis obtinetur vocibus integrè manifestantibus iudicij mentalis obiectum. Tum quia non aliud de causâ ternarius hic vocum, *Homo est animal*, integra est propositio vocalis, nisi quia vocaliter manifestat quidquid obiectum mentali iudicio.

5. *Confirm. 1.*: iuxta Aristotelem, causa, cur in disputando vocibus vimur vice rerum, est; quia res in locutionem adducere non possumus; sed *Bildiri*, utpote vox articulata, in locutionem venire potest: non ergo opus est, aliam pro *Bildiri* vocem in disputando subrogare, *Confirm. 2.*: formale subiectum enuntiationis vocalis est vox articulata audienti manifestans id, de quo praedictum enunciatitur; idcirco enim vox *homo* formale subiectum est, cum dicatur *homo est animal*; nec alia causa reddi potest, citra petitionem principij. Sed *Bildiri* ita se habet citra dubium in pronunciato, *Bildiri est vox*: ergo, &c. *Confirm. 3.*: omnes, qui in nostrâ sententiâ sunt, auditio, *Bildiri est terminus*, statim assentientur tamquam pronuntiant prorsus vero, quin aliam vocem subintelligant, cum potius illam omnino rejiciant ut redudantem. Ipsis ergo voces illæ significant verum. At propositio vocalis nihil est aliud, quam voces sic dispositæ, ut audienti significant verum, vel falsum.

6. *Fac Deum* mili denegare concursum ad aliam vocem subaudierandam. Nonne, auditio ex te *Bildiri est terminus*, plane conciperem, meani à te sententiam affirmari? Certe totidem apprehensiones, seu conceptus elice-

rein, quod ipse præhabebit, non mirum. & circa eadem obiecta, primum circa vocem *Bildiri*, reliquos circa obiecta diuinarum continuo sequentium. Ego tamen penitus mentem assequereri, ominus, quam si ex te audirem, *homo est animal*, neque enim tunc conceperit tuos aliter apud me exprimessem. Mihil igitur plene manifestarent illæ voces enuntiationem à te præconceptam; ac proinde sine ullius tacita vocis admiriculo eset integra enuntiatio vocalis.

7. *Confirm. 4.*: quod *Bildiri* pro se accipiatur, nihil obstat, ne subiectum formale sit. *Prob.*: in propositione, *Omnis vox est sensus*, dictio *Omnis vox* accipitur, ac supponit etiam pro semetipsâ & tamen, quatenus ita supponens, formale subiectum est, & terminus formalis. Dicentesa suppositione fundatur in significatione ad placitam. Sed contra quod significatio, seu manifestatio sit naturalis, vel ad placitum, nihil refert, si semel vox, ut pro se accepta, formalis terminus esse potest. *Prob.*: significatio ad placitum invertita est in supplementum illius significationis naturalis, quæ vocibus deceat, & nisi deferset, nullam ultrâ desideraret humana locutio: ergo locutio humana de se contenta est qualibet ex his manifestandi modis. Difficultas igitur, non in modo significandi, sed in acceptatione vocis pro se ipsâ, restare potest. At hæc difficultas superari valet, & reipsâ in prædictâ propositione superatur.

8. Iam *prob. 2.*: sententia nostra: vox, pro se accepta, sive materialiter supponens, constituere potest Orationem significativam, & artificiosam: ergo *Bildiri*, & quævis alia vox non significans, poterit enuntiationem constitui, & terminus formalis esse. Consequentia recta est, ut patet *Elench. s. 1.*

bimimenti doctrinam, & fundamen-
ta Adversariorum. Prob. Ante. : Vox
materialiter supponens , constitutere
potest Versum, sive Carmen; sed Car-
men est oratio significativa, & maxi-
mè artificiosa , ut notum est ; ergo.
Prob. Mai. : quia Versus , quibus tra-
duuntur vulgo precepta Grammaticæ
paucis Latinè dissentibus, plerunque
ex vocibus compountur materialiter,
seu pro se acceptis. Recogita ex.
g. hemistichiam illud *Masculus est
Grec*, aut versum , *Mas Oleaster, Acer
naturum cum Subere Robur.*

9. Sed clarius adhuc Suppo-
sicio materialis cernitar in Ænigma-
te , cuius meminit Caramuel, quod-
que his versibus continetur.

Bis-tria sunt Septem , *Septem sex,*
Sex quoque tres sunt.

Otto sunt quatuor , *Quatuor* faciunt
tibi Septem.

Cuius sensus est , quod *Totum Bis-tria* sunt
Septem litteræ , sex vero *Totum Septem*, &
sic de alijs. Vides, vt articulatæ voces,
materialiter supponentes etiam penes
singulas litteras, versum tamè consti-
tuant; & quidem formaliter ratione
sui , non ratione alterius vocis subau-
ditæ : nam , si quamlibet earum sub-
trahas , non constabit mensura car-
minis; & etiam si aliam vocem tacite
subaudias , non poterit illa pertinere
ad constitutionem carminis ut talis;
ex pedibus quippe , seu vocibus tacitus
nullum artificium metricum consti-
tuitar. Nec dicas, posse id contingere
in Oratione Poëticâ , secùs autem in
Logicâ. Nam, praterquamquid Ad-
versariorum argumenta vel in vtrâque
oratione militant, vel in neutrâ , iâm
concedis , ex voce purè materialiter
acceptâ immediate & formaliter
constitui posse loquaitionem huma-
nam , significativam , & artificiosam,
qui totas huius controverx cardo-
ent.

10. Denique tota superior
doctrina firmatur auctoritate Magni
Augustini, tûm cap. 10. de Principi.
Dialecti, vbi aperte docet, voces inter
lequendum posse modò accipi pro se
ipsis, modò pro rebus significatis. In-
ter alia ingeniosa admodum exempla
proponit vocem *Creticus* (quod no-
men est metri pedis) sic inquiens:
secundum aliam notionem *Creticus* nihil
aliud est , quam *Creticus*, & *dactylus* non
est : secundum aliam verò *Creticus* non
est *Creticus* , quia *dactylus* est. Tûm clari-
ssime lib. de Magistro cap. 5. ad finem,
vbi ut probet , omnes orationis
partes esse nomina , statuit in primis,
omnem plenam sententiam , quam
ipse cum Tullio pronuntiatum appelle-
bat, & nos in praesenti propositionem,
constare semper nomine, & verbo.

11. Agit deinde cum Adeodato , utrum in hypothesi quâdani
restè diceretur , quia est homo , est ani-
mal; an potius , si est homo , est animal;
& cum vtrique displicet primum ,
placisset autem secundum , subiungit Augustinus : *Vide iam virum iste
duae sententiae plena prominuia sit, placet
si , displicet quia. Adeod. Plena
omniò. August. Age nunc , dic mibi que
ibi sint verba , que nomina? Adeod.
verba ibi video esse, placet, & displicet:
nomina verò quid aliud, quam si & quia?
August. Has ergo duas coniunctiones
etiam nomina esse satis probatum est.*

12. En , ut M. Augustinus
statuit , duos vocum binarios , *Placit
Si , Displacet Quia*, duo esse plena
pronunciata, sen quod idem est, duas in-
tegras propositiones vocales. In ijs au-
tem voces illæ , *Si , Quia*, sunt nomina,
seu vicces gerunt eorum nominum,
quæ simul cum verbo sunt necessaria
ad plenum pronuntiatum: Et cum hac
eadem nomina sint, quæ Dialectici vo-
cant *Subiecta formata*, ut perspicuum

est; sequitur, tam *Si*, quam *Quia*, formaliter subiectum esse propositionis vocalis. At voces istae materialiter supponunt, seu pro se ipsis accipiuntur, ut ex contextu manifeste patet. Vox igitur, pro se accepta, potest formaliter subjici, proindeque terminus esse formalis.

13. Nec recurrere licet ad alium terminum subiectum, v.g. *hec vox*, aut *hec coniunctio*. Nam sic irritus esset Augustini *conatus*; facile quippe negare posset Adeodatus, *Si*, & *Quia* esse nominis, immo ad mensem Thomistarum ita diceret: Si pronunciata tua proferantur integrè, sicut sonare debent, *Placet coniunctio Si, Displacet coniunctio Quia*: hæc autem formaliter constituantur, non ex *Si*, & *Quia*, sed ex voce *coniunctio*, quæ utique nomine est: quatuorvis ergo plenum, pronunciatum necessariò constituantur: ex nomine, & verbo, quid inde concludit?

14. Magno Augustino consonat Angelicus Doctor, *b* dum circùi locationem, *Curro est: verbum*, sicut ait: *Tali locatione hoc Verbum, Curro, non sumitur formaverit secundum quidem significatio referunt ad rem, sed secundum quidem materialiter significat ipsam vocem, que accipitur ut res quedam*; *Quidam tam verba, quidam omnes orationis partes, quazito ponuntur materialiter, sumuntur in vi nominis. Et non multò tacerius: Verbum semper ponitur ex parte predicatori, nunquam autem ex parte subiecti, nisi sumatur in vi nominis, ut dicitur: En, ut quilibet orationis pars, materialiter potest accipi, & tunc habere vim nominis. Colliges itaque, vocem *Curro* in enunciatione propositionis, materialiter accipi pro se ipsis, ponique ex parte subiecti, seu, quod eodem recidit, esse propositionis subiectum.*

b in 1. Perib.

Liquitur autem D. Thomas de subiecto formalis, ouia de parte objective? tum quia eodem tempore profert *To ex parte subiecti*, ac *To ex parte predicatori*; sed in secundo loquitur de predicatori formaliter ergo in primo, de formaliter subiecto. Tamen præcipue, quia docet, vocem *Curro* ex parte subiecti ponit in *et nominis* ergo *Curro* vim habet, & officium nominis. At officium nominis in ea propositionis parte locati, proculdubio est officium subiecti formalis. Adeo quod, Verbum *Curro*, purè objective consideratum, neutriquam sumitur in *vi nominis*, nec ponitur in propositione ritu nominis, sed est purum obiectum nominis sub. uttellectus; non aliter ac Petrus in se existens, cum dicitur, *Hic homo est vivens*.

C A P. II.

Contrarijs obiectionibus Occurrunt.

1. *O*bijc. i.: *Si vox nihil ad placitum significans, potest esse terminus, etiam genitus, suspirium, sibilas, ininde res quilibet, poterit esse terminus, si v.g. post emissum suspirium statim addas, Est signum doloris, vel si viso cane, dicas, Est animal. Quod autem suspiria voces articulate non sint, parvum refert, cum vere sint humanæ voces, se ipsis naturaliter significantes, non mindis quætra B. H. I. Itern, si post pictam imaginem adscibas, Est figura, Cesaris, imago ipsa terminus erit, seu formaliter subiectum: nam de ipsa in ijs circumstantijs quisque intellegit enunciari predicatum. At hæc omnia absurdâ sunt. En argumentum, quo manifeste infringi prædicant argumenta nostra, si Superis placet.*

2. *Sed in primis quero ab Lett. 5.* Adeo

Adversariis, utrum sibilas esset terminus, an non, casu quo inter nos conveniret, ut sibilas esset signum adventus Petri, & post emissum sibilum illuc adderemus, est *adventus Petri* item, si ramo, significanti ad placitum, vixibile, ad scriberetur, est *sic* etiam numerus ramus esset terminus? Si concedant, idem & nobis in casu argumenti licet. Si vero negent, iam ergo manus termini non penderet ex sola significatione ad placitum: & adversarii discrimen reddere debent inter *Bilbiri*, & *sibilam*, casu quo utraque vox significaret ad placitum, cur scilicet *Bilbiri*, & non sibilas tunc esset terminus: quod discrimen nos etiam assignabimus inter utrumque, quando: tantum naturaliter significant. Deinde ex *Bilbiri*, & qualibet alia vox articulata, composi potest *Oratio Poëtica*, sive *Carmen*, non tamè ex sibilo, vel suspirio: ergo id ipsius de *Oratione Logica* dicere licet.

3. Directè ad argumentum responderi posset cum P. Lynce, & veras, & perfectas esse propositiones argumenti sine viro absurdo: darique posse propositiones heterogenæas, sive constantes partibus diversâ naturâ: qua doctrina facile propugnari posset. Sed tamè eâ omissa, absolute respondeo, voces, & res, in argomento adductas, esse incapaces: muneris terminandi propositionem vocalem, quia naturâ suâ inceptæ sunt ad locutionem humanam; nemo enim confutetur loqui suspirio, gemitu, sibilo, & similibus, que sere communia sunt brutis animalibus. *Logiq*ue* est articulata vox signum dare*, M. Augustino teste. Id circò vocatur simpliciter mutus, qui, licet aliquos eccl ore sonos, voices tamè articolare non valet.

4. Solum ergo apæ sunt ad locutionem, voces articulatae, cuius-

modi est *Bilbiri*; quod non ideo præcise dicimus esse terminum, quia seipsum manifestat, sed quia hæc manifestatio præsupponit cætera requisita, nimirum esse vocem, & esse articulatum. Quod autem hæc differentia inter *Bilbiri*, & *sibilum*, alias res naturales, non sit impertinens, Adversarij ipsi fateri debent, velint nolunt, si premauerit instantijs nuper adducatis.

5. *Olig. 2.*: propositione vocalis est totum essentialiter significativum ad placitum: ergo consistere nequit parte non significativa, non aliæ: ac totum substantiale ex parte non substantiali constitui non potest. Quod inconveniens præcipiæ appetet in hac propositione *Bilbiri non est Sindapis*, quæ, si non aliæ voces subaudiantur, tota sere componitur ex partibus nihil significantibus. Obiectio solum probat, propositionem vocalem necessariò constare parte aliquâ significativa, quæ denominatiōem refudat in totum. Sic homo dicitur totum essentialiter corporeum, naturâ suâ mortale, discursivum, aut rationale, quin tamè omnes eius partes corporæ, mortales, aut rationales sint. Ut ergo propositione dicatur absolute significativa ad placitum, satis est, si verbo consistet ad placitum significante, quod est velut anima propositionis. Certe *Oratio Poëtica* non minus, quam *Logica*, debet esse significativa ad placitum, nec tamè id ab omnibus suis partibus necessariò habet. Imò & propositione ipsa à solo Verbo, negatione affectio, vel intentioni, evadit totum essentialiter enunciatum, itemque affirmativum, aut negativum.

6. Exemplum totius substantialis, si regulam fundet generalem, mille probat absurdum, quæ recentre longum effet, cùm innatæ sint de principiis. *Dig. c. i.*

Composita, quibus ut tuis conve-
nit denominatio, impotens verifica-
ri de singulis partibus, ne partialiter
quidem. Recole exempla i numeri
præcedentis. Quod ergo totum substan-
tiale ex non substantijs constitui
non possit, provenit ex indeole pecu-
liari substantiæ, suo loco explicanda,
qua non militat in alijs denominatio-
nibus, ut abunde pater ex dictis. Adde
quod *Bildiri* non impedit, sed iuvat
aliarura partium significationem ad
placitum, ac proinde intra proposi-
tionem dici potest significativum *com-
pletivum*; compleat enim significationem
verbi, quod scorsim ab extremis non
significaret more verbi, seu compo-
tivo modo.

Dices: ergo eodem iure
vocabitur prepositio absolute non sig-
nificativa ratione partis non signifi-
cantis. N.g. Conseq.: quia negatio, ut
aīunt, est malignantis naturæ, & eli-
minat à composito denominationem
vnde cumque refusam. Quâ ratione
prædicata negativa non dicuntur de
toto, si vel una pars obstat; ideoque
homo non denominatur ab animâ
immortalis, aut *incorporeus*. Nec op-
portunè allegabis paræmias illas, *De-
nominatio* sequitur *debilitatem partem*, &
*Malum ex quo*cumque *defectu*. Nam
prior militat in *syllogismo*, qui prob-
abilis, aut fallax evadit, vel ex una
præmissâ falsâ, aut probabili; & in
quibusdam alijs decursu discendis. Non
est tanen regula generalis, ut in exem-
plis passim obviis videre licet. Sic ho-
mo denominatur *vitalis* ab animâ,
quamvis materiali ex se non vitalena
includat: & præpositio dicitur *signifi-
cativa per se* à termino *categoriam*
co, licet constet syncategoremati-
on significando debilioribus. Posterior pa-
ræmia valeret in moralibus, in quibus

actus ex qualibet circunstanciâ mal-
vitiatur. At in phœcis frequenter pre-
valet in denominando pars melior, &
nobilior.

8. Replic. iuxta D.Thomam c,
Oratio, & partes eius non sunt res natura-
les; sed quidam artificiales efficiuntur. Ideo
subdit (Aristoteles), quod Oratio signifi-
cat ad placitum ergo tam Oratio, quam
eius partes, postulant significationem
artificiale, sive ad placitum. Neg. Con-
sequ., si de omnibus partibus singilla-
tum accepis sermo sit: nam vel ipse
Aristoteles, orationem ait esse vocem
significativam ad placitum, cuius par-
tium aliquis separata significat; vbi non
omnes partes requiri significativas,
sed aliquâ contentus est. Dices: Div.
Thomas eo loci notat, id à Philosopho
dictum esse propter negationes, &
syncategoremata. Fateor: ceterum
Philosophi dictum generale est, &
D. Thomas voces non significativas
haud excludit. Præterquam quod
Bildiri hac in re syncategoremati imi-
tatur, cum intrâ propositionem iuvet,
& compleat significationem verbi, ut
suprà notavimus.

9. Itaque D. Thomas ibi
cum Aristotele reiicit vetustum erro-
rem aientium, voces omnes, quibus
loquimur, non ab arte, seu ab homi-
num arbitrio, sed à naturâ signifi-
cationem terum habere. Idcirco do-
cet, orationem, & eius partes non
esse res naturales, id est, naturalia sig-
na terum à se distinctarum, quas mo-
dò significant: id quod libertè fate-
mar, nec ulli voci articulatae natura-
lem significatum attribuimus, præter
eum, quem omnes in voce qualibet
agnoscunt, nempe saimet, nec non
personæ proferentis, cum prævio
actibus internis. Fatomur item, ora-
tionem, & eius partes esse effectus

artificiales: nam Oratio simplex est significativa ad placitum, sicutem ratione verbi, quod genus significatio- nis artificiale est.

10. Partes autem (esto de omnibus loquatur D. Thomas, quod non constat,) in esse partium actualium, effectus quoque artificiales sunt: quia *Bildiri* v. g. non habet à natura, quod sic vel aliter coniungatur alijs vocibus, ut cum illis hanc, vel illam orationem constitutat; sed hoc habet à ratione, & voluntate, unde causantur *Omnia artificiales*, teste D. Thoma e. *Bildiri*, ergo, prout est pars actualis in oratione, effectus artificialis est. Sic lapis à natura habet esse, hvidem, sed ab arte, esse partem dominus actualiem. Hinc recte infert D. Thomas, quod *oratio significat ad placitum*; quia totum hoc artificium partium est propter significacionem totius oratio- nis: id tamen infert ad mentem Aristote- lis, tantum requirentis, ut Ora- tionis aliqua pars separata signifi- cat.

11. Objic. 3. : terminus est pars per se ordinata ad proposi- tionem constituendam, sed *Bildiri* non sic ordinatur per se: ergo. *Prob. Min.*: quia *Bildiri*, & quævis alia vox non significans, nec à natu- râ, nec ab arte ordinatur, ut propositionem constituat, & pro- fe accipiatur. Accedit 1., quod copula propositionis est unio artis: at unio artis non copulat extrema mere naturalia. Accedit 2., quod Voces ceterius aptæ sunt ad lo- quendum, & quæcunq; substitui- pro conceptibus: hæc autem substi- tutionis non coavenit vocibus, non significativis.

12. Ad argumentum, *Concess. Mai.*, neg. *Min.* In probatio-

ne pariter neg., quod *Bildiri* non ordinetur ab arte, vt id manus obear. Si queris, à quâ arte? à Logica ipsâ: quæ, cum sit Ars differendi de rebus omnibus, do- cet etiam differere de vocibus articulatis non significativis: cumque voces huiusmodi opportuæ sint, vt ponantur loco, iubiciti, aut prædicati formalis, quando de ip- sis artificiosâ locutione differitur, sit, vt ab Arte Logica querantur, & ordinentur per se, id est, ex intentione, ad multiplex artefactum vocale constituendum. Porro commune hoc est omnia bus ferè partibus artefactorum, quod ex intrinsecis meritis, non alium habent ordinem, ad artefacta, quam solius capacitatib; quâ suppositâ, ordinantur ab arte, id est, destinantur, & applicantur ad variū genus compositionis: & hæc ordinatio dicitur per se, quando fit ex propriâ artis intentione, funda- turque in merito, seu capacitatem partis.

13. Nec obstant Accessio- nes arguamenti. Non prima: quia uno- artis optimè potest extrema copulare naturalia, ut ex ijs totum artificiale resulteret, quando extrema ex eo ge- nere sunt, quod ars ipsa desiderat ad proprium finem. Sic Ars militaris artificiosa uno copulat extrema naturalia, nimurum homines, & equos, ut resulteret acies ordinata. Sic dictione quævis, prout significativa ad placitum, artefactum quoddam est, in quo significatio necesse est cum sono, vocis utique naturali. Sic uno carmi- nis non desinit esse artificialis, eo quod aliqua voce utatur non significativa, v. g. *Barbara*. *Bildiri* tremulum vox aeru pulsat. Non secunda: sat enim in probatione conclusionis ostendimus, *Bildiri* substituti pro conceptu

Mihi, quatenus constituit propositionem vocalem, plenè respondentem propositioni mentali, proindeque id manifestat exterius, quod conceptus representaret, si patet.

14. *Oblig.* 4: huic dicto Blidiri est vox, si non alias terminus subaudiatur, nulla respondeat propositionis contradictoria: ergo ex solis ijs vocibus non verè constituitur propositionis. *Prob.* Antec: si aliqua responderet, maximè hæc Blidiri non est vox; at hæc non est contradictoria illius, cùm non loquatur utraque de eodem obiecto, sed unaquæque pro suo Blidiri realiter distincto supponat: ergo, &c. Ob eamdem rationem nullus ex Blidiri constitui poterit syllogismus concludens; semper enim quatuor terminos habebit; v. g. si hoc modo constitutur: *Omnis vox est sonus*, sed Blidiri, est vox: ergo Blidiri est sonus. Ubi non idem terminus in Minoris, & in Conclusione subiicitur.

15. *Neg.* primum *Anteced.* Ad probationem resp. Ea propositionis negativa est affirmativa contradictionis, si subiectum illius supponat, vt potest, non iam materialiter pro se, sed formaliter pro subiecto affirmativa: frequenter enim accidit, ut ex conventione loquentis, & audientis vox qualibet, etiam aliqui non significativa ad placitur, vim habeat significandi voces alias eiusdem structæ: v. g. dum dicimus *A est littera vocalis*, accipimus *A* non tantum pro hoc sono individuo, sed pro omnibus eiusdem speciei. Si ergo secundum Blidiri referatur ad primum, illudvè ex disputantium placito significat, perfec-

ta contradicitionis resultabit. Id quod communi usu fieri, certum est; nám etiam modò cùm inter respondentium Blidiri scripsimus, omnes intelleximus, per illud significari Blidiri in argumento positum.

16. Hoc etiam pacto absque quaternione terminorum poterit ex Blidiri constituti syllogismus concludens, dummodò scilicet Blidiri Conclusionis formaliter supponat pro Blidiri Minoris. Dicestur tunc mutabitur suppositio terminorum de materiali in formalem, quæ mutatio est contra regulas contradictionis, & syllogismi. *Resp.*: Varietas suppositionis tum solum officit contradictioni, & syllogismo, quando secum afferit varietatem aliquam rei pro qua sit suppositio: quod non accidit in calo nostro, vbi utraque propositionis de eodem Blidiri invariato loquitur, seu pro eodem supponit utrumque subiectum formale. Quare jam datur affirmatio, & negatio eiusdem de eodem, ut contradictionis postulat; iamque in conclusione asseritur identitas eorumdem extremorum, quæ in præmissis ponuntur identificata cum medio. Adde quod hanc suppositionis varietatem admittere debent Adversarij: quavis enim subaudiamus, ut ipsis placet, alium terminum ex parte subiecti, hunc v. g. hic sonus, & huc propositiones illæ de eodem Blidiri non loquentur, nisi illad in altera formaliter accipiatur, ut intuenti patebit. Non ergo dabatur Contradiccio, nec syllogismus concludens; vel omnes argumentum solvere tenentur.

17. Præterea responderi potest, non opus esse repetere Blidiri, ut fiat vocalis contradicatio, vel syllogismus recta enim, & in-

tegra locutio patitur , quod eadem vox , posita in vi nominis , duplicito verbo deserbit : neque id abhorret Lógica , quæ frequenter sic arguit , Petrus est homo , ergo est animal , vel , Petrus curvit , ergo mouetur , ubi eadem vox Petrus utriusque verbo respondet . Peterit ergo idem individuum Blidiri dupliciti propositioni contradictoriae , nec non Minoris , & Conclusioni Syllogismi , non répetitum deserbitur . Deinde facillime dici potest , locum esse contradictioni , & Syllogismo , esto Blidiri nec répetatur , nec dupliciti verbo deserbit : sic videlicet , Blidiri est terminus , hoc eadem vox non est terminus : item , Omnis vox est sonus ; sed Blidiri est vox : ergo ipsum est sonus . Enimvero , quis neget , hanc legitimam esse contradictionem , Petrus est homo , idem ipse non est homo ? Vel hunc esse rectum syllogismum , Omnis homo est animal ; Petrus est homo : ergo idem ipse est animal ? Certe iuxta D . Tho nam f , Ipsum , designat quod sit idem suppositum numero .

18 Obijc . 5 . : Suppositio est proprietas termini : ergo suppositio formalis est proprietas termini formalis . Sed Blidiri non gaudet suppositione formalis : ergo caret proprietate , & consequenter essentiâ termini formalis . Insto : Omnis terminus iuxta Thomistas est signum : ergo omnis terminus formalis est signum formale . Sed vox significativa ad placitum non est signum formale , sed mere instrumentale , vt nemo dubitat : ergo eiusmodi vox non poterit esse terminus formalis . Si dixeris , signum , prout abstrahit à formalis , & instrumentalis , esse de ratione termini formalis ; id tibi de suppositione dictum habe . Itaque Logici prius docent , supposi-

f In 10. Metaph. Lect. 4.

tionem esse termini proprietatem , & eam postea dividuat in formalis , & materialis ; quo satis indicant , suppositionem , prout abstrahit à formalis , & materiali , esse proprietatem termini formalis ut sic . Termini , inquam , formalis : nam termino pure obiectivus , & materiali nulla convenit suppositionis , vt cernere est in homine existente à parte rei , dum circa ipsum propositio formata .

19 Plus ergo requirit formalis suppositio , quam terminus formalis . Ut terminus dicatur formalis , sat est , quod sit pars ratione sui immediate constituens propositionem mentalem , vocalis , aut scriptam : id quod bene cohæret cum suppositione materiali , sive cum acceptione vocis pro se ipsâ . Ut vero suppositio dicatur formalis , viterius necessaria est distinctio vocis à re , pro qua accipitur . Quocirca nomen formalis non ex eodem fonte derivatur in terminum , & in suppositionem . In terminum derivatur à forma propositionis , cui terminus immediate vnitur : in suppositionem vero provenit à significacione rei distincta , quæ significatio est velut extrinseca forma obiecti . Hinc suppositio materialis , & terminus formalis nullatenus pugnant .

20 Neque item inconveniens est , quod eadem vox sit terminus formalis , & simul obiectivus , aut materialis , dummodo non pure talis appelletur : hoc enim nihil est aliud , quam eadem vocem esse id , de quo loquimur , & id , quo partim loquimur , vt cernere est in propositionibus SS . Augustini , & Thomæ c . præc . relatis . Quarè nec pugnant in eodem termino denominationes

for-

formalis & *materialis* : quia prior à formâ propositionis, posterior à modo suppositionis derivatur.

21. Objec. 6.: Si sufficit naturalis significatio vocis, ut pro se ipsa supponat, in nullâ propositione sciri poterit, verum vox supponat materialiter, an formaliter; maximè cum prædicatum sèpe commune sit voci, & rei significatæ, vt cum dicimus, *homo est entitas*. Respo.: quælibet propositione, composita ex vocibus significatiuis ad placitum, reddit ex se duplē fensum; quia voces eiusmodi ex se non potius formaliter, quam materialiter supponunt: unde quævis propositione frequenter esse poterit vera simul & falsa secundum diversas acceptiones tabiecti. Idcirco, M. Augustino iudice g., *Religione à Dialecticis dictum est, ambiguum esse omne verbum*. Determinatur igitur altera præ alterâ suppositione ex intentione loquentis, & communī more usurpandi voces; qui mos, & intentio regulariter dignoscitur ex prædicato; quod si tamen fuerit ambiguum, vel si dubitetur de intentione loquentis, tum distinctione vtendam est pro negandâ, vel concedendâ propositione. Quæ doctrina plana est, & necessario admittenda pro vocibus ambiguous significationis, v. g. *Canis, Gallus, Aries, &c.* Sed, quod potissimum est, eamdem aptitudinem vocum, ut ad libitum loquentis accipiuntur nunc pro se, nunc pro re significatâ, perspicue docet M. Augustinus; tum ubi nuper, tum Lib. de Magistro cap. 8. Legito, & invenies operæ pretium.

22. Dices: ergo *Bildiri* pro se supponit ad placitum: ergo significat ad placitum. Nego secundam consequentiam. Nam ut vox *homo* potest ad placitum supponere pro se, non tamen ad placitum significat se, sed naturaliter; sic *Bildiri* naturaliter significat se, quod tamen supponat pro se, sive quod in propositione accipiat penes naturalem representationem sui, penderet ex placi- to loquentis. Suppositio distinguitur à significatione, vt usus à re, qua utinam: usus autem potest esse ad placitum, licet sit rei naturalis. Sic ad placitum utinam igae ad comburendum.

23. Ad extreum adverto, propositionem, *Bildiri est Bildiri*, non esse identicam, sed falsam, nisi prædicatum ex intentione loquentis supponat formaliter pro primo *Bildiri*. Idem dico de hac alia, *Omne Bildiri est vox*, quæ inepta est, aut falsa, nisi *Bildiri* formaliter accipiatur pro omni voce eiudem structuræ: aliter enim non supponit, aut falso supponit *Totum Omne*, quemadmodum si diceretur *Omnis Petrus*, aut *Omnis Pater eternus*. Insuper adverto, materialē suppositionem admitti posse, aliquando saltem, in termino mentali, dummodo iudicium ex conceptibus realiter distinctis constituantur. Si tamen iudicium sit simplex qualitas, forte repugnat materialis suppositione subiecti mentalis: ne aliqui propositio sit actus pure reflexus supra se penes verbū, & prædicatum nonnisi virtualiter à subiecto distincta. Quidquid sit, præsens controversia de sole vocali termino instituitur.

Unde pro re praesenti nihil insuper habent notarum dignum: ac

CAP. III. qd. si
ad eis deponitur de aliis.

Sixtus. Copula enunciativa est. Ter-
minus est. Minus est.

Copula enunciativa est *vnio*,
sive nexus ille, quo sub-
iectum, & praedicatum
formalia inter se colligantur, vt
constituant plenam sententiam, que
vera, vel falsa dici queat. Contine-
tur hic nexus in verbo, plene, ac
formaliter accepto. V. g. in propo-
sitione, *Petrus est homo*; Verbum est
dicatur Copula; quia ex modo signi-
ficandi compositionem obiectivam
extremorum, vim habet necendi
inter se formates terminos *Petrus*, &
homo. Sed, prater vim istam copula-
landi, habet etiam verbum quodlibet
viri, sive officium praedicati, vel
totalis, vel partialis. Cum proposi-
tio sit in verbo, dicitur de secundo
addicente, hoc v. g. *Petrus est*; turn-
que verbum est gerit munus praedi-
cati totalis, & perinde valeret, ac
esset, seu haberet esse in ratione na-
tura. ^a

2. Cum additur aliud prae-
dicatum, vt si dicas, *Petrus est homo*,
vocatur propositione tertio adiacente,
aut de praedicto coniunctio; & tunc
verbum est minus habet praedicati
partialis. *Intra dictio* (inquit D. The-
mas b) est, praedicatur ut adiacens
principali praedicato: *U* non dicitur esse
tertiu, quia sit tertium praedicatum.
sed quia est tertie dictio posita in enun-
ciatione, que simul cum nomine praedi-
cato facit unum praedicatum; ut sic
enunciatio dividatur in duas partes, *U*
non in tres. Verba adiectiva, vt *Cur-
rit*, *Legit*, equivalenter continent
Verbum est, & aliud praedicatum
nam. Currit idem valeret, ac est currens.

^a D. Thom. in 2. Perib. L. et. 2.

^b Ibid.

3. Recolenda hic omnino, quæ de significatu Verbi diximus disp. 2. cap. 3. Ex quibus inferunt, quod verbum, sicut significat, aliud significat. Significat id, quod distinctè praesertim quasi in fieri; atque hoc dicitur principale Verbi significationis; & ratione ipsius verbo convenit munus praedicti. Configuratur vero (vt nunc tempus omittam) compositionem obiectivam extremonum peculiariter modo: & ratione istiusmodi configurationis verbum est Copula. Propter hanc, Verbum, licet sit dictio simplex in significando, vt vidimus loc. cit., tamen equivalenter, aut virtualiter, continet categoriam, & syncategoremam; illud, quatenus significans, hoc, quatenus significans, utrumque realiter identificatum in simplici dictione, sed formaliter, aut ratione nostra distinctum.

4. Conferunt omnes, Verbum sub munere praedicti, seu quatenus est Categorema, propriè Terminum esse; consequenterque id ipsum dici debet de Copula realiter sumptuare, vt ex nunc nunc dictis aper-
te constat. Quare tota questio re-
vocatur ad Copulam formaliter sumptuari, atque adeo prout à to-
to praedicato formaliter distinctam,
sitamque in verbo, quatenus syncate-
gorematum est. Quo sensu,
Affero cum communi Schola nos-
tra sententia contraria communem
Thomistarum, Copulam non esse
terminum propriè, & simpli-
citer.

5. Probatur Affertio: Co-
pula non est propriè, & simpliciter pars enunciationis; ergo nec terminus. Consequientia legitima est, vel apud

apud contrarios, qui, licet Terminum non definit per conceptum partis, nullum tamen terminum agnoscent, qui non sit pars enunciations. Prob. Antec. 1. : si Copula foret pars, propositio simplex in tres partes divideretur; sed dividitur in duas partes, & non in tres, ut expressè docet D. Thomas c: ergo, &c. Maior, quæ sola potest esse dubia Thomistis, constat: quia Copula ut talis, nec subiectum est, nec praedicarum, ut supponitur: si ergo pars est, tertia pars erit, propositionem constituens. Cum ergo propositio dividatur in partes, ex quibus constitutur, divideatur in tres, præterim quia iuxta Thomistas copula permanet, dum propositio resolvitur.

6 Prob. 2. idem Antec.: quod in enunciatione pars est, se habet ad orationem enunciativam sicut materia; sed Copula non se habet sicut materia, sed sicut forma, compositio, & constitutio: ergo propriè non est enunciationis pars. Maior, vnicè dubia, ostendit luculento testimonio D. Thomas d per hæc verba: *Oratio per constitutionem partium constituitur, & ipsæ partes se habent ad orationem sicut materia, compositio vero sicut forma: ubi sunt ergo eadem partes, sed non eadem compositio, est oratio eadem multiplex potentialiter, & materialiter, sed non formaliter, & actualiter.* Loquitur autem de oratione enunciativa, ut legeati manifestum erit. Accedit, quod idem Angel. Doctor alibi docet, e terminos esse materiam propositionis, & idcirco eamdem materiam esse in Præmissis, & in Conclusione, quia sunt iudicem termini utroque.

7 Prob. 3. : terminus syncategomaticus iuxta Thomistas non est

simplicer pars propositionis; nec terminus simpliciter idem ergo de Copula afferenda est. Prob. Conseq.: quia Copula formaliter ut talis, purum syncategorem est, ut prætoriuimus ex communi sensu. Quodsi forte dissentiant Thomistæ, facile id probabitur: quia iuxta ipsos, syncategorema est, quod significat aliquantus, id est, significat modum obiecti, qui sine se, quam modificat, esse non potest. At Copula ut talis significat modum obiectivæ convenienter, seu compositionis, quam sine compositione non est intelligere, ut loquitur Aristoteles f: & quidem significat modus fieri, magis quam adverbia. Tum quia iuxta Aristotalem, & D. Thomam g, verbum, qualiter denotat compositionem (quo sensu est Copula,) non tam significat, quam significatur; quod est proprium syncategorematis.

8 Urigetur: nullum est syncategorema, quod magis sit colligatio, compagio, & nexus partium, quam Copula; sed alia syncategorematum idcirco non computantur simpliciter inter partes, quia sunt partium colligations, compagines, & nexus: ergo, &c. Maior est evidens. Minor est M. Augustini b, cum Aristotele ita docens: *Sunt orationis partes, nomen, & verbum, debemus accipere: ceteras vero ex his fieri, & compagines orationis potius, quam partes eius, debere nominari.* Etiam Angel. Doctor i, de syncategoremati ita loquens: *Alia vero sunt magis colligationes partium orationis, significantes habitudinem unius ad aliam, quam orationis partes; sicut clavis, & alia huiusmodi, non sunt partes novis, sed partium novis coniunctiones.*

9 Urigetur iterum: Copula, formaliter sumpta, licet sit aliquid pertinens

c In 2. Perib. Lect. 2. — d Opusc. 39. de fallac. cap. 5. — e In 2. Pbyfc. Lect. 5. f In 2. Perib. cap. 3. — g In 1. Perib. Lect. 5. — h de Categor. cap. 1. — i In 1. Perib. Lect. 1.

ad plenum verbi significatum, ipsa tamen, quaternus à toto praedicato distinctus, non est Verbum: ergo, cum aliunde non sit nomen, nec vim nominis habeat, non est propriè pars enunciationis, nec terminus hic enim, iuxta Thomistas paucim, si proprius, & categoriacus sit, adquātē dividitur in nomen, & verbum. Antecedens videtur indubium: nam Copula, ut talis, solum est quadam verbī **configuratio, minus principalis, & ex consequenti**, præter quam significat verbum principaliter **actionem, vel passionem**, ut docet D. Thomas K. vna autem, & minus principalis, verbi particula certe non est verbum.

10 Hactenū dicta maxime contra Adversarios valere debent. Nunc absolute præstituta Assertione robatur ut quia, ut ostendimus disput. 4. c. 1., nullus est terminus vere Logicus, præter subiectum, & prædicatum: at copula, formaliter accepta, à prædicate, & subiecto distinguitur. 2.: quia, si Copula terminus est, syllogismus perfectus plusquam tres terminos habebit, quod ab omnibus censetur absurdum. Nec dicas, copulam esse terminum enunciatiū, non syllogisticum. Nam in primis, nullum esse terminam propriè Logicum, præter idoneum Syllogismo, probatum est loc. cit. Deinde, ad intrinsecam Syllogismi constitutionem tam necessaria est Copula, quam Extrema: ergo, si aliunde pars est non minus, quam subiectum, & prædicatum, a quo iure Syllogismi terminus appellabitur. Postremo, si Copula propositionis est terminus enunciatiū, eadem ratione particula Ergo, qua est velut Copula Syllogismi, terminus Syllogisticus erit: erit igitur quartus terminus, & in numerum absurdum incurremus.

Termino fusior.

11 3.: quia Copula, formaliter accepta, est nexus ita modaliter affixus extremis, ut sine his nec existere, nec intelligi possit. Hoc, licet non paucis difficeat Thomistis, opinantibus, verbum manere Copulam, cum extra propositionem solitariè profertur, clarissimè traditur à D. Thoma, qui ad illa verba Philosophi, **Configuratio (verbum) quandam compositionem, quam sine componentibus non est intelligere**, inquit: **Compositio, in qua consistit veritas, & falsitas, non potest intelligi, nisi secundum quod innelit extrema compositionis**. Et paucis interiecit. Hoc verbum est, secundum se dictum, non significat, aliquid esse, licet significet esse. Et quia hoc verbum est (nempe solitariè prolatum), quod significat esse, potest videri significare compositionem, in qua sit verum, vel falsum; ad hoc excludendum subdit, quod illa compositione, quam significat hoc verbum est, non potest intelligi sine componentibus, quia dependet eius intellectus ab extremis, que si non apponuntur, non est perfectus intellectus compositionis, ut possit in ea esse verum, vel falsum. Huc faciunt, quæ dedimus disput. 2. capit. 3. numer. 9. & 10.

12 Sanè copula enunciativa est illa **compositio, vel configuratio compositionis** (idest, identitatis, aut convenientiae obiective) subiecti, & prædicati, in qua consistit propositionis veritas, aut falsitas. Quoties ergo non apponuntur extrema, ut accidit in Verbo scorsim sumpto, non potest intelligi Copula enunciativa. Unde sequitur, quod verbo est (idem esto de ceteris) non idem conceptus correspondet intra propositionem, ac extra: nam, dum scorsim profertur, ipi respondet conceptus significati principalis dumtaxat: at intra proposi-

tionem , respondet ipsi conceptus simplex eiusdem significati simile cum obiectiva compositione , seu copula. Sequitur etiam quod conceptus , qui respondet verbo *est* in enunciatione positio , geritque simile munus in iudicio mentali , nullatenus potest extrahere . Iudicium reperiri , cum sit conceptus essentia altere indicativus , ut in Animistica disceat.

13. Tum sic. Sed nexus ita modaliter affixus extremis , ut seorsim intelligi non possit , non est simpliciter pars compositi : ergo nec Copula , pars propositionis. *Prob.* subsumpta. *Min.* : tum quia nexus eiusmodi non componit *ut quod* , sed *ut quo* , id est , non tam adhibetur ut sui finiteri componat , quam ut sit id , *quo* partes compонant , proindeque solum est pars cum addito distinguente *ut quo*. Tum paritate unioris compositi naturalis , quae id est non est pars simpliciter . Tum paritate copulae propositionis complexe , v.g. *aut* *vel* , quae ob eamdem rationem non auger simpliciter numerum partium , & quidem licet non sit tam affixa suis extremis , quam copula enunciativa suis.

14. Rogabis ad calcem , in quo tandem liquidò consistat Copula formalis enunciativa? *Resp.* Consistit in significazione compositionis obiectiva ; non qualicumque , sed exigente actuale consortium extremonum formalium , nempè earum dictionum , quae formalium subiecti & praedicati munus obeuntur . Sanè ad enunciativam Copulam non sufficit qualicumque significatio compositionis , seu conjunctionis praedicati obiectivi cum subiecto : aliter , hæc nomina *Compositionis* , *Convenientia* , *Identitas hominis cum Petro* , vim enunciativa Copulae continent , quod falsum est . Insuper ergo requiritur modus significandi , quasi

præfice , & iudicativè attribuens unum extremum obiectivum alteri , vel removens unum ab altero : qui modus , seu attributionis , seu remotionis , cum necessariò exigat consortium terminorum talia extrema significantium , ideo hos terminos necesse , & copulare dicuntur , alterum constitueret formale subiectum , alterum praedicatum formale . Sed notandum , quod modus attributivus , proprius Copula affirmantis , totus inabilitur in prædicta co-significatione , quæ est in verbo secundariaz remotivus vero , qui proprius est Copula negantis , coalescit ex eadem co-significatione , & ex particulâ non proin deinceps duo syncategorematum claudit.

CAP. IV.

Exarmantur Argumenta Contraria.

Objet. 1. : in propositione , *Petrus est homo* , Copula consistit in verbo *est* ; sed hoc verbum vera pars est propositionis , & terminus : ergo , &c. *Resp.* In sententiâ probabili (de quâ Disp. 2. c. 3. n. 5.) statuente verbum *est* purum syncategorema cum significazione extremis affixa modaliter , n.g. *Min.* . In sententiâ communis (de quâ ibid. n. 6.) concedo totum , si sermo sit de Copula realiter sunaptâ : si vero de Copula sunapta formaliter dist. *Mai.* , consistit in verbo *est* , ut syncategorematico , *conc.* ut categorematico , *neg.* *Mai.* , & similiter distinctâ *Min.* *neg.* *Conseq.* Itaque in sensu reali Copula verè terminas est , cum sit totum verbum , cuius significatio realiter est simplex , ut ex eius definitione constat . Itaque hoc sensu intelligendi sunt D. Thomas , aliquique veteres , si quando Copulam vocat enunciationis partem . Ceterum in sensu formalis , quo nunc loquimur ,

Copula non est verbum, sed quædam verbi particula minus principalis, ut cap. præced. explicatum est.

Objic. 2.: iuxta Damascenum, *Uxusque dictio terminus propositionis*, & fed Copula est dictio: ergo &c. *Confirm.* 1.: signum, ex quo propostio conficitur, terminus est: at Copula signum est obiectiva compositionis, ex eaque propostio conficitur. *Confirm.* 2.: Copulae convenient proprietas termini suppositionis supponit enia pro identitate extremonum obiectivæ: at cui coaverit proprietas, convenient etiam essentia termini. *Resp.* Hæc omnia in primis instantur in termino syncategorematico; qui tamen iuxta Adversarios non est terminus, aut pars simpliciter, sed secundum quid. Deinde (quod observatum velim), et si alia syncategorematæ partes essent, alter dicendum foret in Copula. Nam syncategorema, *velociter v. g.*, est signum modale terminative, non subiective; quia separatur ab alijs dictiōibus, suam aliqualem retinet significacionem. At significatio propria enunciatiæ Copulae, tam subiective, quam obiective modalis est; quia nequit existere, nec intelligi seorsim à dictiōibus, quas copulat.

3. Hinc, vt in naturalibus entias pure modalis non est entitas simpliciter, sed *modus entis*, v. g. *ratio* humani corporis, & animæ; sic in Dialecticis dictio pure modalis, etiam subiective, non est *dictio*, nec *signum* simpliciter, sed *modus dictiōis*, aut *figura*. Quare Damascenus explicandus est, vt loquatur de dictione absoluta, non de pure modali. Tu n*dīs. Min.* argumenti: Copula formaliter sumpta, est dictio pure modalis, etiam subiective, conc.; est dictio aliquatenus absoluta, neg. *Min.* & *Conseq.* Idem, quod de dictione, dictum esto de sig-

no; & prima *Confirm.* evanescet. *Ad secundam*: Copula formalis, saltem in affirmativis, accipitur quidem ex identitate, seu convenientiæ obiectivæ; sed non propriè supponit: non enim omnis acceptio est suppositio, sed sola acceptio termini, vt etiam Adversarij definitiunt. Prius ergo probandum est, quod Copula sit terminus, vt deinde sequatur, quod eius acceptio est propriè suppositio.

Objic. 3.: iuxta Aristotelem, terminus est, in quem resolvitur propositionis; sed propositionis resolvitur in Copulam: ergo &c. *Prob. Min.*: nam si sermo sit de resolutione mentali, hæc etiam invenit Copulam, dura propositionem introspicit. Si vero de resolutione physicâ, hæc pariter sit in Copulam. Tum quia verbum est destructione manet, & quidem sub munere copelandi, cum adhuc connonet extrema, saltem in confuso. Tum quia, esto Copula non remaneat, verè tamen propositionem constituebat: unumquodque autem resolvitur in ea, ex quicunque constituitur, esto illa minimè superfici. Sic Leo mortiens, resolvitur in corpus, & animam, quæ tamen illico peric.

Dīs. Mai.: in quem resolvitur propositionis, tamquam in subiectum, & prædicatum, conc.; aliter, neg. *Mai. Dīs. itemi Min.*: resolvitur in Copulam, vtcumque, conc. *Min.* (ne de voce disputemus); tamquam in subiectum, aut prædicatum, neg. *Min.* & *Conseq.* Ratio distinctionis constat ex dictis disp. 4. c. 1., præterim n. 10. & 11. Ad probationem resolutio mentalis invenit quidem Copulam; ac non vt propositionis partem *ut quod*, sed vt partem *ut quo*, seu modum partium; quod non sufficit, vs Copula sit terminus. Quid attinet resolutionem physicam, & velis, vt com-

compositum resolvi dicatur in omnia, ex quibus componitur, sive sine partes, sive modi partium, sive soluto composito percant, sive superfint (quae de re disputare, non est operatum); transcat, quod propositio physice resolvatur in Copulam: non enim terminus est quidquid resolutionem terminat vicinque, sed quod terminat tamquam substantium, aut praedicatum, seu tamquam pars ut quod, cuiusmodi est anima Leonina. Et retorquet exemplum in unione corporis, & anima Leonis.

6. Falso tamen dicitur, quo verbum est retineat extra propositionem munus copulandi: id enim satis confutatum est cap. præced. n. 11. & 12. Quibus adde, quod verbum, sic acceptum, vel actu copulat extrema confusa, vel non: Si copulat: ergo idem valet, ac *Aliquid est aliquid*, quæ integræ propositio est; proindeque deficiuntur hypothesis. Si non copulat: ergo dabatur formalis unio nihil viensi; quæ, sive in naturalibus, sive in artificialibus, perinde se pugnat, ac actioni nihil agens, aut relatio nihil referens. Verbum igitur, siorsum sumptum, connotat ut summum extrema possibilia connotatione solius apertitudinis, quæ non est Copula, sed ut ita loquar, copulabilitas.

7. Obijc. 4.: ex varietate solius Copulae claudicat syllogismus, v.g. *Omnis peccans est actu existens*, sed *Antrichristus erit peccans*, ergo est *actu existens*, ubi sola variatio Copula est, erit, non tam efficit consequentiam: sed non claudicat syllogismus, nisi ex variatione alicuius termini: ergo Copula est terminus. Obiectio probat contra Adversarios, Copulam esse terminum syllogismi, qui proinde plusquam tres terminos habebit. Quod ad nos attinet, resp. 1., admiss. Mai. dist. Min., nisi

ex variatione solius termini, vel ut quo, vel ut quod, cor. 3. præcisè ut quod, neg. Min., & Conseq., nisi loquatur de termino duotaxat ut quo. Certè, variato situ militum, variatur actes, & sere claudicat; quis idem situs inter actiæ partes sumeretur, nisi ut quo.

8. Resp. 2.: in prædicto syllogismo non sola variatur Copula, formaliter sumptus: veterius quippe variatur verbum, quæ parte pertinet ad *praedicatum*, videlicet quatenus significat esse, vel *existit* cum tempore. Nam est significat existitatem ut presentem, erit ut futuram: unde etiam redundat varietas suppositionis in subjectum, & in *prædicatum* coniunctum, quæ nunc accipiuntur pro significato præsenti, non & pro futuro. Datur ergo re ipsâ variatio omnium terminorum.

9. Obijc. 5. & principalius: Copula est propositionis pars, & quidem præcipua ergo & terminus. Prob. Antec. Copula est forma realis, ad quam predicitur, & subiectum comparantur ut materia; sed formalis, est pars in omni composite præcipua: ergo &c. Minor inductione patet. Major probatur: quia propositio affirmativa essentialiter à negativâ distinguitur ratione Copulæ, quæ in altera affirmatur, negatur in altera; sed essentialis distinctio, sive diversitas, provenit à formâ totali: ergo, &c.

10. Negat quidam Recensitier Salmanticensis, Copulam esse formam propositionis: & generaliter in arte, & aliam cogitat formam, ex partibus, & earum unione resultantem. Nam forma domus, inquit, est forma realis artificio, realiter distincta à partibus unitis, quæ ex earum unione resultat. Sed fallor, nisi hec forma realis est merum eas rationis.

Nihilominus vtrò subtribam, si vel unum in Orbe Architectum Recensio-
nem inveniat, qui formam istam de-
facie noverit, vel inducere curet,
cum domos ædificat: credendum
enim est in arte peritis. Interim cre-
dam Aristotelis & Metaph., & D. Tho-
mas ibi Lect. 2., qui non aliam for-
mam in artefactis agnoscunt, præter
certum positionis, aut compositio-
nis modum. Sic, si Limen definitur,
ait Angel. Doctor, *Lapis, vel ligazm*
est ut materia, posito vero ut forma: &
familiariter in definitione domus, lapidis, &
ligna sunt materia, & talis modus com-
positionis est ut forma. Speciatim vero,
quod formæ locum tenet in artefacto
enunciativo, est *compositio*, ut nos
docebat idem Angelicus. cap. præced.
n.6.

11. Præterea, forma propositionis est id, in quo formaliter con-
sistit veritas, aut falsitas: per id enim
specificatur propositio, discerniturque
ab omni oratione non enunciativa.
Sed id, in quo consistit veritas, aut
falsitas, est *compositio*, secundum quod
institutum extrema compositionis, ut nos
docebat Div. Thomas cap. præced. n.
11.: ergo talis *compositio*, qua pro-
culdubio est *Copula* formaliter intec-
tens subiectum, & prædicatum, for-
ma propositionis est. Accedit, quod
affirmativa propositio à negativâ dif-
fert penes formam; sed non differt
penes *Copulam*, quæ in alterâ p̄g
alterâ negationem includit: ergo, &c.

12. Ubi nota æquivocationem
objectionis propositæ, quod scilicet
Copula negatur in propositione negati-
vâ. Si negatur: ergo excluditur, ieu
removetur: ergo propositio negati-
va non constat *Copulâ*: ergo propo-
sitio non est: quo nihil falsius. Ita-
que, cum dicatur, *Petrus non est Leo*,

b In 1. Perih. Lett. 8.—c Lett. 5.

vam compasum nem, idest, identita-
tem, seu coaventientiam obiectorum,
qua quandoque dicitur *Copula obiec-
tiva*. Non tamen negat *Copulam for-
malem*, sed illam potius constituit
simil cum verbo ut consignificante.
Vid. cap. præced. fin.

13. Sed dices: iuxta D. Thom-
as, b prædicatum est forma pro-
positionis, ipsique tribuit denomina-
tionem, & speciem: ergo falsò di-
mus, propositionis formam esse Co-
pulam. Rsp. D. Thomas prædicatum
appellat formam in sensu reali, quia
vel est solum verbum, vel includit
verbum; cumque verbum realiter sit
Copula, idcirco absolute dicitur for-
ma, seu pars formæ orationis, ut lo-
quitur D. Thomas. c Si tamen formæ
tenet loquamur, ut in præsenti, non
prædicatum, sed sola *Copula*, prout
à toto prædicato distincta, proposi-
tionis forma est. Alteri poterit præ-
dicatum vocari forma, quatenus in
artefactis præcipua materiæ pars cum
sua formæ partiali dici solet forma
totius, v. g. in statuā caput, cuius
varietas statuam efficit diversam.
Sic Colosso, quæ fuerat olim in Rho-
do insulâ Solis statua, Romæ repara-
to caput suum Nero Cæsar impo-
suit; eidemque postea substituit suum
Commodus Imperator. En, pro so-
lius varietate capitis, eadem statua
modò Solis est, modò Neronis, mo-
dò Commodi.

14. Ad argumentum ita-
que, m. Ante. Ad probationem,
conc. Mai. diff. Min.: in composito
naturali, conc. 3 in artificiali, neg.
Min., & Conseq., nisi intelligatur
additum ut quo. Fateor, non nihil.
hic miseri controversia vocalis. Sed
tamen, quod forma artificialis non
propriè, & simpliciter vocetur pars,
comprobari potest auctoritate, ratio-
ne,

25. & exemplis. Auctoritate: nam præter dicta in specie cap. præced., D. Thomas alibi d' sic loquitur: *In definitione: domus, materia sunt partes, scilicet autem, forma ieiuii. Ea, verum formam à partibus domi distinguunt.*

25. Ratione: quia artificialis forma est entitas purè modalis, variè modificans partes materiæ, consitensque in ordine, coniunctione, & figurâ. Id quod testatur generaliter D. Thomas e his verbis: *Ordo, & compositio, & figura in aliquibus tenent locum forme, maxime in artificialibus.* At entitas modalis, quæ pura est modificatio, & affectio partium, non auger partium numerum, etiam in naturalibus; vnde, eti admittatur modus unionis in composito substantiali, non ideo tertia pars asservatur. Et hinc patet disparitas ad formas naturales, quæ, cuna sunt entitates absolute, partes compositi vocari merentur.

16. Exemplis: tun domus, & statu, de quibus disp. q. c. 2. n. 5. Tum exercitus instructi; cuius partes non dicuntur modalis ordo, situs, variaque militum dispositio, sed turma, Legiones, alia, &c. Tum Reipublicæ; cuius partes sunt cives, aut civium clæses, non vero moralis nexus, aut ordo in abstracto, quavis censeatur forma Reipublicæ. Quapropter, quando forma artefactorum vocatur pars, ut nonnunquam à D. Thomâ f, semper intelligendum est diminuens additum ut quo. Significatur quidem forma nominibus partium artefacti pro formalis: non enim nudam materiam significat in statu nomen ex-put, aut in demo nomina paries, columnæ &c, aut in enunciatione no-

mina subiectum, predicatum; sed materiam prout suâ formâ modificatam, & affectam. Ceterum, licet significetur expressius, non significatur in recto, sive ut quâ, nec ut res, de quâ dicantur, & verificantur ea partium nomina; sed dumtaxat in oblique, & ut quo, sive ut modus, quo materia redditur digna nomine capitis, columnæ, predicti, &c.

17. Denique, ut penitus explicata maneat enunciativa Copula, notare oportet, illam non solum totius propositionis esse formam, sed etiam uniuscuiusque extremi, sive termini ut actualis. At aliter, & aliter. Nam singulorum extremonum forma est, quatenus alteri tribuit denominationem subiecti, alteri denominationem predicti: est etenim ipsa modalis subiectio, & prædicatio, penes diversos respectus. At propositi nis forma dicitur, quatenus illi præstat denominationem existentis, affirmantis, aut negantis. Sic anima dicitur forma corporis, quatenus illud reddit completum, & informatum: dicitur vero forma hominis, quatenus illum constituit viventem, rationalem, &c.

CAP. V.

Utrum nomen Deus sit terminus communis?

Hæc vna est ex celebri-
ribus Summulistarum
controversijs: quam
sic expedire conabimur, ut siqua
Theologica raiseere opus fuerit,
tyronum aciem non supervolent. No-
men Deus nonnunquam accipitur prout
etiam

d. In 8. Metaph. Lect. 2. fin. — e In 7. Metaph. Lect. 7. — f Ead. Lect.

etiam significatum admittit impro-
prium, vt quoties in Sacris Litteris
applicatur hominibus iustis, aut iu-
dicibus populi, v. g. a *Dij non detra-
ber*, b *Ego dixi, Dij estis*; atque etiam
quoties dicitur de falsis Numinibus, v.
g. c *Eis sunt, qui vocantur Dij, sive in
Cælo, sive in terra, nobis tamen unus est
Deus.* Hec sensa nomen *Deus*, vt ex
Doctore Angelico d docet Eximus
Doctor. e Nam iustis, & iudicibus
convenit, quia peculiari modo ali-
quam Dei excellentiam participant:
falsis verò Numinibus aptatur eà ra-
tione, quâ nomen *homo* de picto ho-
mire dicitur. Utrisque ergo applica-
tur titulus cuiusdam similitudinis (vel
veræ, vel apparentis) veri Dei, qui est
principale analogatum. De illius mo-
di communione analogâ, nulla modò
controversia moveretur.

2. Movetur ergo de nomine
Deus, prout propriè significat natu-
ram Divinam: quâ ratione duplex
ad hoc questionis sensus esse potest.
Alter: an nomen *Deus* sit terminus
communis, habitâ ratione trium Per-
sonarum? Ceterum hac de re nulla
nobis contentio cum Thomistis. Om-
nes quippe Catholicè fatemur, nomen
Deus verè prædicari de singulis Per-
sonis Trinitatis, eo quod natura Divina,
eadem, & singularissima, tribus
Personis, omnibus, & singulis, reali-
ter insit per identitatem. Hæc porro
non est communitas *universali*, quam
D. Thomas f appellat *communicatio
rationis*, & que itare nequit, si natura,
non multiplicata, sed eadem numero,
sit in pluribus g. Poterit ergo vocari
cum D. Thomâ h *communicatio rei*, id est,
unius individuæ rei identitas cum plu-
ribus Personis, quæ non nisi in Deo re-
peritur.

^aExod.22.—b Ps.81.—c 1.Cor.8.—d 1.p.q.
dij.19.q.4.M.2.ad 2.—g D.Thom.in Corp.

3. Aliter dici potest, nomen
Deus in ordine ad tres Personas, nec
esse terminum omnino singularem,
nec omnino communem, sed inter
utrumque medium, & utriusque aliquatenus
similem. Quæ est etiam doctrina D. Thomæ i per hæc verba: *Hoc
nomen Deus, licet conveniat cum termi-
nis singularibus in hoc, quod forma sig-
nifica: a non multiplicatur; convenit ta-
men cum terminis communibus in hoc,
quod forma significat et invenitur in plu-
ribus suppositis.* Merito igitur inquit
Thomista, quod communitas tribus
Personis non conductit ad communia-
tem, de quâ est sermo: suppositis
enim Fidei principijs, nulla potest hac
in re, nisi mere vocalis, superesse con-
tentio.

4. Alter ergo, & proprius
questionis sensus est: an nomen *Deus*,
habitâ solùm ratione Divinæ naturæ,
& præcisâ Trinitate Personarum, sit
terminus communis? Affirmat Thomista
cum his limitationibus, *dialec-
ticè, & ex modo significandi*, quamvis
non *ex parte rei significare*: quia, in-
quiunt, licet res significata, nempe
natura Divina, sit in se omnino sin-
gularis; tamen ex imperfectione men-
tis humanæ concipitur à nobis quasi
multiplicabilis esset, vel instar naturæ
multiplicabilis; & saltem singularitas
naturæ Divinæ non significatur termino
Deus; quod sat est, vt evadat ter-
minus *negative communis*, conse-
quenterque propriè communis *dialec-
ticè, & ex modo significandi*. Ex adverso
Auctores nostri negant, terminum
Deus esse communem vero aliquo, &
proprio sensu dialektico. Hæc eadem
sit nostra conclusio: quæ-

5. Probatur hoc pacto. Om-
nis terminus verè communis signifi-
ca-
13.ar.10.—e L.2. de Attrib.neg.c.32.—f in 1.
art.—h Id.ad 2.—i 1.p.q.39.art.4 ad 1.

esse debet rationem, sive formam, multiplicabilem in plura individua, vel inferiora; sed ratio, seu forma, significata nomine *Deus*, non ita multiplicabilis est, vt *Fides*, &c evidentiæ docent ergo nomen *Deus* nullo vero sensu terminus est communis. Maior ostenditur multifariam. I. quia nea aliun sensum habere potest definitio termini communis, nominatim Thomistica, Quid significat plura divisa; non enim terminus immediatè significat plura vt plura, sed aliquid multiplicari potens in plura divisi, id est, singillatim; 2. quia terminus communis talis esse debet, vt possit aptari, & contenire pluribus si enim aptari nequit, nisi vni, quid distat a termino singulari? At si res significata est omnino impotens reperiri in pluribus, quomodo poterit nomen pluribus convenire, nisi mutet significatum?

6. 3. : quia id persuadet inductione perpetua per omnes terminos, quos constat esse communes, vt sunt homo, leo, arbor &c. 4. : quia terminus communis est terminus universalis, cum utique significet unum unitatem rationis, & realiter aptum convenire multis divisi. At nequit terminus esse universalis, quin res significata multiplicabilis sit: ideoque D. Thomas k ex proposito probat, in Deo non esse totum universale. 5. : quia iuxta D. Thomam, citat n. 3., nomen *De*us convenit cum terminis singularibus in hoc, quod forma significata non multiplicatur: ergo formam significatam multiplicari non possit, proprium est termini singularis, prout secernitur a communi: ergo termini communis, prout a singulari discreti, proprium est, quod forma significata multiplicari queat.

7. Confir. 1.: D. Thomæ loc. in nomine *Deus*, comparato ad Personas Trinitatis, non agnoscit convenientiam cum termino communis, nisi in hoc, quod forma significata invenitur in pluribus suppositis de cetero, convenientiam agnoscat eum termino singulari. Si ergo praescindamus, vii nunc praescindimus, à Trinitate Personarum, & nomen *Deus* consideremus in ordine ad entitatem Dei absolute; nulla iam ex mente D. Thomæ superest convenientia cum termino communis, cum deit ille unicūs convenientia titulus, in supposito tamen pluralitate fundatus.

8. Confir. 2.: terminus hic *Deus* non est communis, vt nemo dubitat: ergo nec terminus *De*us. Proh. Conseq.: tunc quia utique terminus significat naturam *Domi*n*u*s vt unicus, siquidem Deus ipse, vt ait D. Thomas, 1. secundum idem: *Beatus *De*us*, & hic *De*us sed est hic Deus secundum naturam: vt vocamus: ergo secundum eamdem vt unicum est Deus. Tum quia, iuxta omnes, non modò Catholicos, sed naturali ratione lumine bene viventes, recta est hanc argumentatio: *E*st verè *Deus*, non est hoc *De*us, *f*ive *uni*ca*s* *De*us: vti & hoc: non est hic *Deus*, *f*ive *uni*ca*s* *De*us, ergo non est *Deus*. Sunt igitur hi termini convertibilis, & se invicem inferentes. At ex terminis convertibilibus nequit alter esse communior altero, cum utique parent importet coactationem, aut latitudinem: ideoque, si terminus homo non larius pater, nec extenderetur ad plura, quam Alexander, non esset communior. Enimvero, notum est Dialeticis, quod à termino communis ad singularem nulla est consequi affirmativè, nec à singulare ad communem negativè: cuius doc-

trinæ exempla sunt obvia. Si ergo utraque consequentia valet inter terminos *Deus*, & *hic Deus*, nequit alter communis esse, singularis alter.

9 Sed validius adhuc ab impugnatis Adversariorum solutionibus conclusio nostra robur accipiet. Respondeat 1., nomen *Deus* esse communis, quia, licet forma significata non sit multiplicabilis ex parte rei, est tamen ex modo significandi proprio nominis. *Contra*: hic modus significandi, iuxta Adversarios in eo consistit, quod illud nomen significet, atque adeò cogitare faciat naturam Divinam sine singularitate. At falsum hoc esse, suadetur 1.: quia auditu nomine *Deus* idem cogitamus, sive concipimus, ac auditu *hic Deus*, nempe Deum nostrum ut singularem, & unicum; ideoque dicimus, quod *Deus* versus *H* multipliciter implicatur in terminis. 2.: quia Catholicus ex symbolo Apostolorum dicens, *Credo in Deum*, idem significat se credere, ac dicens ex symbolo Niceno, *Credo in unum Deum*; cum triusque symboli sit unus, & idem articulus: sed posterior formula significat ex vi verborum, sive ex modo significandi internam fidem Dei ut vius, & singularis: ergo & prior.

10 Hoc facit illud Sap. 14. v. 21: *Incommunicabile nomen lapidibus, & lignis inservient*. Sermo est de nomine *Deus*, ut ex contextu patet, docetque D. Thomas m. Est igitur *Deus*, Sacra Pagina teste; *nomen incommunicabile*, seu, quod idem sonat, non commune, sed adeò proprium viuis individui, ut alijs communicari non possit. Vbi nota bene, non solum obiectum nomine significatum, sed nomen ipsum vocari in-

communicabile; quo satis indicatur, repugnantiam communicationis in ipsa quoquè vi nominis, proprioque modo significandi statim esse.

11 Dices: sicut essentia Divina ex modo nostro concipiendi praescinditur ab Omnipotentiâ, & reliquis Attributis, cur non etiam à singularitate? *Resps.* Quidquid sit, an essentia Divina sub nomine *essentia*, vel *natura metaphysica sumpta*, praescindi posse à singularitate (quod ad Theologos spectat); non ita praescinditur sub nomine, & conceptu *Deus*. Probatur hoc: tum quia nomen *Deus* significat naturam perfectissimam, qua nihil melius cogitari posset, vt docet M. Augustinus n: ergo significat naturam Divinam physicè sumptam, & undeque perfectam, sive ut actu complectentem perfectiones omnes absolute, quas inter eximia est singularitas.

12 Tunc quia illud nomen non magis praescindit à singularitate, quam ab Immortalitate, & reliquis Attributis, vt Adversarij supponunt, nec vila ratione negabitur: sed non praescindit à reliquis Attributis, v.g. ab Immortalitate; siquidem, M. Augustino teste e, *Omnis Latina lingue scitis, cum aures eorum sonus iste (Deus) tolleris, moveris ad cogitandam excellentissimam quandam, Immortalitatemque naturam*. Non igitur nomen *Deus* habet eam significationem praescivam, quæ forte convenit huic termino *Essentia Dei metaphysica*; sed potius Deitatem praescivit physicè sumptam, atque adeò ut singulariter.

13 Adde clarissimum testimonium D. Thomæ p, contentum verbis hisce: *Hoc nomen Deus significat*

m 1.p.q.1; ar.9.in arg.fed contra.—n L.1.de Dottr.Chrif.c.6.¶ 7.—o Ibid.cap.6.
p 1.p.q.13.ar.8.ad 2.

*est naturam Divinam: impositum est enim nomen hoc ad aliquid significandum supra omnia existens: quod est principium omnium, & remotum ab omnibus. Hoc enim intendunt significare nominantes Deum. Unde sic arguo: nomen Deus ex propriâ impositione, & intentione nominantium Deum (atque adeò ex proprio modo significandi), non significat aliquid præcīsum ab existentiâ, sed aliquid *suprà omnia existens*; non item aliquid præcīsum ab Omnipotentiâ, sed aliquid, quod est principium omnium (quo exprimitur perfectio Omnipotentiæ, & Causæ primæ): ergo 1. nomen Deus non significat meram essentiam Dei metaphysicam, cum hæc iuxta Thomistis abstracta ab Omnipotentiâ, & existentiâ s; sed significat naturam Dei physicè sumptam: ergo 2. non significat aliquid præcīsum à singularitate; ab hac enim præscindi non potest natura Divina, quamdiu non præscinditur ab existentiâ, ut Thomistis in confessio est.*

14 Respondent 2., singularitatem, quamvis implicitè significetur nomine *Dv*, non tamen exprimi. Vnde fit, ut natura Divina significetur præcīsa à singularitate saltem penes explicitum: quod sufficit, ut terminus *Dv* vocetur communis; ut enim vocaretur singularis, deberet exprimere, sive explicare singularitatem. *Contra* i: iuxta D. Thomam(q), nomina *Qui est* (manifestatum Exod. 3.) est *maxime proprium* Dei, proindeque terminus singularis, non minus, quam *Petrus*, aliaque nomina, quæ Grammatici *propria* vocant: & tamen nomen *Qui est* non exprimit, nec præfert explicitè singularitatem. Dices: præfert existentiam, in quâ imbibitur singularitas. Recte: dummodò intelligas, non quidem existentiam

vicumque (nam existentia ut sic, est utique terminus communis), sed existentiam necessariam, & summè perfectam.

15 Sed hinc nomen Deus evadit etiam proprium, & singulare. *Prob.*: nomen *Qui est*, ideo singulare censetur, quia, licet non sit hæc expressio *singularitas*, explicat tamen existentiam Dei necessariam, in qua si quis reflectat, illico inveniet singularitatem. At id ipsum accidit in naturâ verè Divinâ, quam exprimit nomen *Deus*, & quæ non distinguitur ab existentiâ, nisi penes explicitum, ut modò supponis. Adde quod iuxta D. Thomam nomen *Deus* etiam significat *aliquid suprà omnia existens*, ac proinde significat etiam existentiam Dei necessariam.

16 *Contrà* 2.: quia si terminus *Deus* verè imbibit quidquid explicat hic terminus *Deus singularis*, vel *Deus unicus*, solùmque ab eo differt penes explicitum, nequit esse communior illo. Sic *substantia* non est communior, quam *ens per se*; nec *animal* communior terminus, quam *sensitivum*; nec *Iesus* minus singularis, quam *Saluator mundi*.

17 Denique omnis *Auctoritariorum* evasio præcluditur hac ratione. Esi permittamus, nomine *Deus* significari naturam Divinam à singularitate præcisam, adhuc nomen illud non erit commune. *Prob.*: natura Divina, sic præcīsa, retinet semper essentialem existentiam singularitatis, concipiturque ut necessaria radixillius: non aliter ac, eis præscindatur ab Attributis, nunquam tamen concipiatur sine existentiâ Attributorum. Tum sic: ergo nomen *Deus* significat saltem naturam Divinam ut exactivè, & radicaliter singularē, & consequenter est nomen *singulare* radicaliter,

licet non formaliter : ergo non est commune. Patet hæc coniœntia : tam quia nomen radicaliter singulare non latius patet , quam singulare formaliter. Tum quia significat , ac præfert aliquid essentialiter repugnans communici , sive indifferentia ad plura ; quod enim essentialiter exigit esse unicum , & singulare , essentialiter repugnat pluralitati : habet igitur significationem repugnantem termino communi , de cuius conceptu est indifferentia ad plura. Sic *Rationale* nequit esse nomen commune risibili , & non risibili ; quia licet præscindat à risibilitate formali , retinet radicalem , vi cuius essentialiter excludit subiectum non risibile.

CAP. VI.

*Diluuntur adversæ partis
argumenta.*

Obijc. 1. : nomen *Deus* , quantum est ex se , ita significat naturam Divinam , ut convenire posset pluribus Dijs , si per impossibile darentur : ergo quantum est ex se , sive ex modo significandi , est terminus aptus convenire pluribus , ac proprie communis , licet res significata sit unica ; *nemina cuia* (inquit D.Thomas (a)) non sequuntur modum essendi , qui est in rebus , sed medium essendi , secundum quod in cœgitatione nostra est. Antec. probari potest 1. : quia nomen illud ex se non determinat , sit nè unicus , vel multiplex *Deus* ; quemadmodum nomen *homo* non determinat , sitnè in rerum natura multiplex , aut unicus *homo*. 2: quia aliter foret inutilis , aut nugatoria determinatio , quæ sœpe additur tali nominis , ut cum dicitur *bis Deus* , *viris* , aut *unicus Deus*. 3. : quia

nomen *Deus* idem significat catholicos , & paganos ; alioquin , dum hic affirmat , ille negat , idolum esse Deum , alter alteri non contradiceret : sed paganu ita significat , vt ex se non repugnet convenire pluribus : ergo & catholicos. Hoc tamen discrimine , quod catholicus aliud novit , Deum multiplicari non posse ; paganus autem deceptus putat oppositum.

2 *Resp. neg. Antec.* , vel *diss.* : nomen *Deus* convenire posset , &c. , retentâ significatione , quam habet , *neg.* ; significatione mutata , *conc. Antec.* , & *neg. Consq.* . Si per impossibile darentur plures Dij , nullus eorum esset aliquid *soprâ omnia existens* , *principium omnia* , & remotum ab omnibus ; ad quod significandum impositum est nomen *Deus* , teste D. Thomâ : ego nulli eorum conveniret hoc nomen , retentâ significatione , quâ gaudet. Si autem aliam indueret , foret quidem terminus communis. At quid inde Id ipsum accideret nomini *Petrus* , si imponeretur ad significandam speciem humanam. *Ad 1. prob. neg. assumptum* : quia nomen illud , quantum est ex se , naturam significat ut verè Divinam , adeoque ut repugnanteria multitudini : secùs nomen *homo* , quod significat naturam imperfectam , cui nullo ex capite multitudo repugnat.

3 *Ad 2. neg. sequel.* : quia determinatio utiliter additur , ut caveatur erronea intelligentia nominis. *Deus* , quam habent ethnici plerique , dum naturas varias , nec verè Divinas , eo nomine donant : quod tamen non provenit ex modo significandi proprio nominis , sed ex inconfidentia , vel pravâ mentis dispositione. Accedit , quod nonnunquam determinatio apponitur nominis omnino

(a) 1.p. q. 13. ar. 2. ad 2.

singulari, ac proprio, maioris expressionis, aut emphasis gratiâ, v.g. A&t. 1. *Hic Iesu, qui assumptus est à vobis in Cœlum, sic veniet,* &c. Ad 3.: illud argumentum sibi objicit D. Thomas (b) contrâ conclusionem, quam ipse docet, quod scilicet nomen *Deus* non vniuocè dicitur de ver. Deo, & idolis gentium. Concedit, quod catholicus contradicit pagano, & uterque nomine *Deus* utitur ad verum Deum significandum. Et tamen negat esse nomen vniuocum; quod est re ipsâ negare, nomen esse communem secundum propriam significacionem.

4 Itaque, si obiectio loquatur de pagano sapiente, & rationis lumen seclusis vulgi erroribus considente, cuiusmodi fuere Socrates, Aristoteles, aliquique, conc. Mai., & mag. Min.: his enim Gentilibus (c) innotuit unitas Dei, tamquam essentia Divinæ naturæ, atque ita significata nomine *Deus*, ut hoc nomen non posset pluribus aptari penes proprium significatum: nec ipsimet idolis aptabant, sicut serio, & cum internâ credulitate. Vnde, licet catholicus, instructus doctrinâ Fidei, melius intelligat eius nominis significatum; tamen ex modo significandi, nominis proprio, idem intelligebant prædicti Gentiles, quod attinet unitatem veri Dei. Quodsi de paganis vulgaribus sermo fit, isti pugnantia profructus, & contradictoria de Deo cogitabant. Quoties enim rationis lumen, se quasi furto subducens errorum tenebris vterò micabat, non in Deos plurali numero, sed in Deum unicum cerebatur: vnde sunt illæ formulae, ipsi etiam ethnici

familiares; *Quod Deus dedit, Deus videt*, &c. Quare Tertullianus (d) Gentiles op. int̄ redarguit suo ipso-rum animæ testimonio, opportunè exclamans, *O testimoniū animæ naturaliter christiane!*

5 At ijdem ipfi, male sibi constantes, simul infinitam propè Deorum turbam adorabant, prævalentibus fabulis contrâ conscientiæ testimonium. Et quamvis nullus vel inter ethnicos iuveniatur, qui hoc Deum credit esse, quo ratiōnis aliquid est, ut testatur M. August. (e), Deos tamen, alias alijs meliores, ab ethniciis creditos suffit, netum est: nec certe rem optimam cogitabant, Divinitatem ad bruta, & olera deprimentes Ægyptij, quos irridens Iuvenalis, & ipse paganus, exclamat. *O sanctissimæ gentes, quibus hac nascuntur in horis.—Numinal!*

6 Quamvis ergo dicatur cum D. Thomâ, nomen *Deus* accipi secundum proprium significatum à pagano, & catholico, super idolo contendentibus; solum sequitur, quod paganus re ipsâ implicat in terminis, dum Deum, quem concipit vnicum, vult esse multiplicem, quemadmodum in terminis implicat, domum Deum, (cuius naturam cogitat excellentissimam, vti cogitat omnis latine lingue sciens Augustino teste cit. cap. præced.) vult esse corporeum, lascivum, aliasque vitijs dehonestaum: sic tamen, ut implicantiā mens eius culpabiliter cœca non advertat. Idcirco verè contradicit catholicus, & nomen *Deus* ab impli- cantiā vindicat. Sic, afferenti, Leonem esse hominem, eo quod ruditer cogitanti non appareat homo repug-

H 2 nans

(b) *Cit. q. 13. ar. 10.* (c) *Vid. D. Thom. 1. p. q. 11. ar. 3., & P. Sua. disp. 3. o. Met. scilicet 10. n. 14.* (d) *Apologet. seu Lib. 2. c. 17. 3. & 1. 3., seu de testim. animæ, præfertim c. 2. & 6.* (e) *L. 1. de Doctr. Christi. c. 7.*

nans irrationalitati, verè contradiceret qui negaret: nec ideo nomen *homino*, quantum est ex se, fieret irrationalibus communitate.

7. Objec. 2. nomen *Deus* non significat naturam Divinam, ut formaliter, & explicitè singularem: ergo est terminus communis. Prob. in primis Conseq.: tum quia nisi preferatur singularitatem explicitè, non est terminus singularis: inter communem autem, & singularē, nullus est terminus medius. Tum quia natura Divina, prout sic explicitè significata, abstrahit à titulo, quo in se redditur immultiplicabilis, videlicet à singularitate, quæ sola obstat communitatib; atque adeò manet natura non repugnans multiplicationi; quod est manere communem ex modo significandi. Tum quia, iuxta D. Thomas, (f) nomen Dei tetragrammaton ideo est maximè proprium, quia significat Dei substantiam, ut singularem: vnde, si non ita significat nomen *Deus*, non erit nomen proprium, ac proinde nec terminus singularis.

8. Deinde prob. Antec.: natura Divina significatur eo nomine, prout à nobis pro hoc statu concipitur; at non concipiatur prout est in se, sed potius inadæquatè, connotativè, instar naturæ materialis, atque adeò à singularitate præcisa. Confirm. 1.: possumus Deum concipere sine singularitate, atque ita conceptum nominare: at nullum est nomen, quo Deum ita conceptum nominemus, præter Td *Deus*. Confirm. 2.: aliter Deum significat hic *Deus*, quam *D̄us*; sed prior terminus Deum significat cum singularitate: ergo posterior sine illâ.

9. Resp. 1. omis. Ant. neg. Conf., quia obstant probationes. Non primar-

nam, vt terminus verè singularis sit, sufficit, quod ita coarctetur ad unicum individuum, vt non possit convenire multis, quin mutet, vel annullat significatum. Hoc autem habet terminus *D̄us*, estò singularitatem non sicut explicite. Sic *homino* nomen est specificum naturæ rationalis, et si rationalitatem explicitè non sicut. Accedit quod, inter commune, & formaliter singulare, dari potest medium, nempe singulare radicaliter; quod genus singularitatis semper convenient naturæ Divina, quantumvis abstractæ. Sic essentia Dei, vt præcisab; Imminutate, non est immensæ formaliter, nec tamen dici potest mensurabilis. Hinc ruit altera probatio: nam, esto natura Divina præscindat ab eo titulo formalis, non tamen præscindit à radicali, seu quo radicaliter immultiplicabilis est, nisi velis, vt à verâ Divinitate præscindat: hic autem titulus etiam obstat communitatæ verè tali. Sanè præcisio à formalis immensitate, vel æternitate, non efficit, vt essentia Divina dicatur mensurabilis, aut temporalis, non aliâ de causâ, nisi quia semper manet radicaliter immensa, & æterna.

10. Tertia non vrget: nam D. Th. ibi, inter se comparans tria hæc nomina, *Qui est Deus*, & tetragrammaton IEOVA, unumquodque docet esse Dei nomen magis proprium: alijs ex diverso capite, seu titulo: vnde nullum negat esse nomen proprium, licet tertium dicat adhuc magis proprium, quia expressius significat Dei substantiam vt incommunicabilem. Nihil autem prohibet, in varijs terminis singularibus, nominibusque proprijs, inæqualitatem reperi quoad expressionem singularitatis. Sic nomen JESUS non tam expressum exhibet singularitatem, quam terminus hic *homino Deus*.

12. Resp. 2. diff. Antec. si per
formaliter & explicitè denotetur (ut
a Thomistis denotari videtur) propria
distinctio rationis inter Dei naturam,
& singularitatem ; n. g. ; si dumtaxat
impropria præcisio , & pure penes
explicitum , conc. Antec. & neg. Conseq.
Ratio negationis , & concessionis
constat ex cap. præced. vbi ostendi-
mus , nomine Deus significari natu-
ram Divinam physicè sumptam , &
sine ijs præcisionibus , quas forsitan ad-
mitit essentia Dei metaphysica. Of-
tendimus etiam terminum , qui
non differt ab alio singulari , nisi
penes explicitum , non posse comu-
morem esse , minime singularitatem.

13. Concipiatur quidem
a nobis pro hoc statu natura Divi-
na inadæquate , idest , conceptu non
adæquate perfectionem modum , &
claritatem , quæ Deus cognosci mere-
tur , & cognoscitur a Beatis. Conci-
pitur item , non prout est in se , sed instar
materialis naturæ , vel obiecti : idest , con-
cipitur , non per speciem propriam , sed
alienam , à creaturis haustam (g) ; vi-
carius , quoties spiritualia gitamus ,
quædam menti obiecti imago corpo-
rea , vbi quasi in speculo , vel symbolo
nonnulla spiritualis obiecti lineamenta
perspicimus : quod pertinet dictam Apostoli
(h) . Videmus nunc per speculum in
enigmate stude autem facta ad faciem. Sic
Angelum instar formosus juvenis ; sic
æternum Patrem instar venerandi se-
nis apprehendimus. Et quia cognitio
huiusmodi quodammodo oblique re-
plicet , aut simul datur phantasmata ista ,
sive corporeas imagines ; idcirco non
nunquam dicitur connaturalia. Eni
explicatas argumenti voculas , ne te
fortasse terreat.

14. Ceterum in primis null-

(g) Vid. D. Thom. 1. p. q. 12. ar. 12. & 13. et Opusc. 70. q. penult. S. Ad 2. sic proceditur
(h) 1. Cor. 13.

lum pro hoc statu nomen est , quan-
tumvis singulare , v. g. Tò hic Deus ,
ex quo non concipiatur. Divinitas
eodem sensu inadæquate & instar obiec-
ti materialis , committive ; non prout est
in se. Quare per operam inde colliges ,
nomen Deus propriè præscindere
naturam a singularitate. Deinde ,
cum dicitur Deicas non concipi à
nobis prout est in se , sed instar obiecti
materialis , non inde sequitur ; non
concipi à nobis Deum verum : dam-
nata quippe tunc in Michael de Mo-
linos ha propositiones ordine 18. &
19. : Qui in oratione visitur imaginibus
figuris , Speciebus , & proprijs concep-
tibus , non adorat Deum in spiritu
& veritate . — Dei amans Denim ,
prout illum ratio argumentando re-
presentat , aut intellectus compre-
hendit , non curat Deum verum .
Verum ergo Deum concipiimus ,
sed cognitione imperfectâ , obscu-
râ , caliginosa , ortâ ex alienis
speciebus , sociatâque phantasmatis
corporeis , quorum tamē imperfec-
tiones , v. g. finitudinem , &
corporeitatem , non tribuimus Deo ,
sed solum quod puræ perfectionis
est , v. g. substantiam , existentiam ,
bonitatem , sublatim imperfectionibus .
At ex imperfectionibus naturæ
materialis via est communitas , seu
multiplicabilitas ; quam prout non
affigit Deo , sed removet , quicumque
nomen Deum audit , & intelligit .

Iam ad 1. Confirm. resp.:
falsum in primis , quod possimus
Deum concipere sine singularitate ,
sicutem radicali , quandiu sine vera Di-
vinitate non concipiimus : falsum deinde ,
quod Deus , si forte sine formalí
singularitate concipiatur ; non pos-
sit ita conceptus aliter nominari .

H ; n.

ti, quam termino *Deus* si superest enim terminus *Essentia Dei metaphysica*. Ad 2. concil. Mai. 3. Min. neg. Conseq. quia ut si termini alter, & aliter significent, non opus est, ut alter significet singularitatem, alter non: sed sufficit, quod illam alter semel tantum, alter bis, aut iterato significet; ut cernere est in his terminis. *Iesus*, *die Iesu*.

15. Objec. 5. licet res significata singularis sit, potest nomen ex modo significandi esse commune. Probat potest nomen ex modo significandi esse absolorum, & substantivum, licet res significata non sit aboluta, sed connotativa, non sit substantia, sed acidens, ut patet in nomine *Albedo*: & è contra nomen *Rationalis*, cum rem significet substantiam, nec adiacentem alteri, adiectivum est, & connotativum ergo pariter &c. Confirm: nomen *Deus* est terminus concretus, quanvis res significata nullam habeat concretiōnem partium: ergo & poterit esse terminus communis, quanvis nulla sit communitas seu multiplicabilitas in re significata. Argumentum in primis instatur: nam simili formâ probari posset, terminum *Deus* esse proprię universalem, & variocam, item transcendentem, collectivum, privativum &c. Si dicas, has denominations terminorum penderet ab inde rei significata; id ubi dictum habet.

16. Deinde neg. assumptum. Ad prob. conc. Antec. neg. Conseq. Disparitas in aperto est. Nomen est *absolutum*, aut *connotativum*, *substantivum*, vel *adiectivum*, penderet ex puro modo significandi se tenente ex parte nominis, qui modis non consistit in detractione, vel attributione alicuius formalitatis obiecti, sed in eo praeceps quod vel sit nomina-

rei substantialis, aut accidentalis, vel formetur ad similitudinem nominum rerum istarum, scilicet per similes species. Quare denominations eiusmodi sumuntur ab indole specierum, unde formatur nomen, non ab indole rei significata. Contrarium accidit in re nostra. Nam modus significandi, de quo disputamus, consistit, etiam iuxta adversarios, in detractione, seu praecepsione singularitatis à re significata, quam praecepsionem minime probat argumentum. Denominatio item termini *communis* ab indole rei significata pendet, ut ex eius definitione, & ex dictis cap. præc. latissim. constat. Quocirca, sicut terminus *Coccus*, licet formetur per species formæ positiva, non dicitur *positivus*, sed *privativus*; quia denominations istæ non ab speciebus, sed ab indole obiecti sumuntur, quin obstant objectionis exemplis ita censendum in casu nostro.

17. Ad confirm. n. g. Conseq. Ratio disparitatis eadem est. Terminus dicitur *concretus*, non solum quando rem concretam ex partibus significatur, etiam quando formatur ab similitudinem nominum significantium res physice concretas, seu quando formatur degeneriter ab specie, &phantasmate rei composita. Unde denominatio *concretus* non pendet à genio obiecti, nec à modo significandi præceps, sed diu taxat ab specie, quæ eruditus, &phantasmate, quod excitat. Iecūs denominatio *communis*, ut ostendimus, virque docet Angelic. Doctor, inquietus (1); *Singularitas*, vel pluralitas ponitius substantia, attendit secundum formam significie tam per nomen, & inde inferit, tuis Divinas Personas non posse dicti tuis Deos, quia, inquit, essentia Divina, quæ est forma significata nomine *Deus*, simplex est, &

maxime una. Addit manifestam instantiam: nam ipsa Dei simplicitas, & incomplexio potest explicite significari per terminum concretum, & complexum, qualis est hic, Deus unus & simplex: ergo ipsa Dei singularitas significari poterit explicite per terminum communem. Mala consequentia, vel apud adversarios, certe negaturos, terminum Deus esse communem, si sonaret explicitè singularitatem.

18 Obijc.4.: iuxta Aristotelem, non datur scientia de singularibus; sed de Deo scientia est, aemps Theologia: ergo Deus, saltem ex modo significandi, non est singularis, sed communis. Sed vero, cur non potius infers, Deum esse naturam universalem? Sanè Philosophus negat scientiam de singularibus, vt illam de universalibus esse doceat. Loquitur itaque de singularibus contingentibus, seu creatis; de quibus scientia non curat, quia multabilitia sunt, syncategorematicè infinita numero, vixque scita digna quatenus singularia. Nihil horum militat in Deo, cum sit Ens necessarium, unicum, & scitu dignissimum. Nec Aristoteles ignoravit, scientiam versari circa Deum ut singularem; cum & noverit de ostentari posse, & ipsem et demonstrare conatus sit, Deum esse unicum, vt patet ex eius Lib. 12. Metaph. cap. 10.

19 Obijc. utriusq D. Thomas 1. p. q. 13. ar. 9. C. vbi docet, quod inter nomina propriè communicabilia, alia sunt communicabilia secundum rem, & rationem, vt homo & alia secundum rationem tantum, vt Sol. Addit, quod forme subsistentes, si intelligerentur secundum quod sunt in se ipsis, non possent communicari nec re, nec ratione. Sed quia formæ simplices

per se subsistentes & causimodi est natura Divina, non possumus intelligere secundum quid sunt, sed intelligimus eas ad modum rerum compositarum, ideo imponimus eis nomina concreta significantia naturam in aliquo supposito. Unde quantum pertinet ad rationem nominum, eadem ratio est de nominibus, que a nobis imponuntur ad significandum naturas rerum compositarum. Et de nominibus, que a nobis imponuntur ad significandum naturas simplices subsistentes. Ex qua doctrina concludit, quod hoc nomen Deus incommunicabile quidem sit secundum rem, sed communicabile quidem sit secundum opinionem. Hinc fidenter inferunt Thomistæ, sententiam suam esse D. Thomæ, à quo putant nomen Deus afferi propriè commune secundum rationem, nec minus commune Logicè, & ex modo significandi, quam nomen cuiusvis naturæ compositæ.

20 Sed illatio fidentissimè negligenda est; tum ex allatis de mente D. Thomæ in hoc, & super eap.; tum ex obiecto articulo, vbi nusquam asserit, nomen Deus esse communicabile secundum rationem, vt nec Logice, Dialecticè, aut propriè quibus terminis sententia sua explicat Thomistæ. Distinguit quidem duplex illud comunicabilitatis genus, alterum secundum rem & rationem, alterum secundum rationem tantum. Ceterum, cum deinde pervenit ad nomen Deus, licet in eo agnoscat similitudinem quamdam cum nominibus rerum compositarum, negat tamen esse communicabile secundum rem, nec ideo concedit esse communicabile secundum rationem, sed duarum taxat secundum opinionem: vbi aperte loquitur de opinione erroneâ paganorum, vt patet ex his, quæ illic subiungit. Et secundum hoc dicunt Galat. 4. 8. His, qui natura non sunt.

Dij, serviebatiss. *Gloss.* non sunt Dij natura, sed opinione hominum. Hac D. Thomas ibidem, explicacionis gratia.

At communicabilitas nominis *Deus* secundum opinionem pagorum, non vera, & propria, sed falsa, & etranea communicabilitas est, nec dei potest secundum rationem Logice, & ordinare procedentem, sed tantum secundum rationem delirantem; quod genus communitatis esse non intendunt, nec adoptant Thomistæ; nec ad rem pertinet, cum nullum sit nomen singulare, quod secundum opinionem errante nequeat esse commune. Nullam igitur nominis *Deus* veram, & propriam communitatem concedit ibi D. Thomas. Quare dum ait, quod eadem ratio est de nominibus naturæ simplicis, ac naturæ composite, tantum intendit, ut utraque nomina convenienter quantum ad species, quas excitant, & unde formantur, minime vero, quantum ad denominations pendentes ab indele rei significata, qualis est denominatio *comunis*, vel *communicabilis*.

Itaque nobis pro hoc statu, tam nominis *Deus*, quam nominis *lono*, excitat speciem, &phantasma naturæ composite: hoc tamen discriminatur, quod nomen horum sicut in naturæ composite, ut in obiecto, de quo verificatur, at nomen *Deus* non denotat naturam composite, tamquam rem significat, sed tamquam symbolum, aut imaginem quamdam analogiam naturæ Divinæ, quam significat, & cui non attribuit communicabilitatem, sicut nec corporeitatem, compositionem, & imperfectiones alias eius imaginis. Quia tamen hic significandi modus, dependens ab specie rei materialis,

aliqualem ansam præbuit rudibus ethniciis opinandi naturam Divinam communem pluribus more naturæ composite; idcirco dixit D. Thomas, nomen *Deus* esse communicabile secundum opinionem. Sed quid inde Parem ansam præbuit ijsdem cœcis mentibus opinandi Deos corporeos. An inde colliges, nomen *Deus* esse signate corporeum secundum rationem Logice procedentem?

23. Replic.: iuxta D. Thomam eod. art. ad 2., nomen *Deus* est *appellativum*, & non *proprium*: at nomen *appellativum* est nomen communis generi, vel speciei; *proprium* vero, est nomen individui ut *singularis*. Confirm.: D. Thomas, tum ibid., tum in *Corp. art.*, comparat nomen *Deus* cum nomine *Sol*, idemque de veroque sentire videtur; sed nomen *Sol* dicit esse commune secundum rationem: idem ergo sentit de nomine *Deus*. Verum hæc, si recte perpendas, potius probant, naturam Divinam esse Logicè universalem, veraque praedicabilem de multis, quod Thomistæ non docent. Ad replic. resp.: nomen *appellativum*, cum significat naturam ex se multiplicabilem, est commune; secus vero, cum naturam significat essentialiter unicam, qualis est Divina: runc enim discernitur a nomine proprio, non penes latitudinem, sed penes magis, & minus explicitam mentionem singularitatis; atque etiam, quia *appellativum* cuditur per species naturæ multiplicabilis, *proprium* vero per species individualis. De cætero D. Thomas, licet hoc sensu neget, nomen *Deus* esse proprium in alio tamen sensu concedit expreſſe, ut vidimus supra n. 10.

24. Ad Confirm.: D. Thomas in *corp. art.* negat nomini *Sol* communis

nicabilitatem , quæ simul est de pos-
sibili & de facto , & quam vocat se-
cundum rem & rationem simul ; con-
cedit verò communicabilitatem , quæ
solum est de possibili , & quam ipse
vocat secundum rationem tantum . At
in hoc sensu noui comparat nomen
Deus cum nomine *Sol* ; sed dumtaxat
in communicabilitate secundum rem ,
seu de facto , quam negat utriusque
nomini , eo quod nec *Sol* , nec *Deus*
sit re ipsa multiplex , nisi secundum
opinionem errantem . Quare , cum
nomen *Deus* dixisset commune secun-

dum opinionem , continuo subdidit ,
Quemadmodum hoc nomen , *Sol* , esset
communicabile secundum opinionem po-
nentium multos Soles . Non dicit esse ,
sed esset , denotans communisitatem ,
non secundum rationem , quæ verè nunc
est , sed secundum rem , quæ noui est ;
sed per fictionem esset . In formâ dist.
Mai. : comparat utrumque nomen ;
quoad communisitatem de facto , quam
vocat secundum rem , *Conc.* ; quoad
communisitatem de possibili , quam
vocat secundum rationem , neg. *Mai.* &
conc. *Min.* neg. *Conseq.*

DISPUT. VII.

De Enuntiatione.

ACCEDIMUS Ad contemplandum in se se totum artefactum ,
cuius hucusque partes explicuimus . Ad Logicum , inquam ,
artefactum , quod inter alia nomina Propositio , & Enuntiatio
dicitur . Apud veteres quidem Propositio specialiter sonat plena
sententiam , quæ iam in syllogismo proposita est ad Con-
clusionem inferendam : & Enuntiatio , si vim vecis inspicias ,
evulgationem sonat externam . Sed utrumque nomen confudit usus Scholæ , iam
usque ab aeo Doctoris Angelici invalescens : efficitque , ut utrolibet significetur
paùsim plena sententia , sive internè concepta , sive externè prolatæ . Quare &
nos promiscue utrumlibet usurpantes , quidditatem , species , accidentia , & pro-
prietates Enuntiationis breviter expediemus .

CAP. I.

Quid sit Enuntiatio , & quætriplex?

EX doctrina Philosophi .
Périh. c. 4: duplex Enun-
tiationis definitio eruitur:
quarum altera est , *Oratio perfecta* , que
vera est , aut falsa : altera *Oratio perfec-
ta* , significans aliquid esse , aut non esse ;
vel , ut alibi (a) docet idem Philoso-
phus , *Affirmatio* , aut *negatio* alicuius
de quipiam . Utraque explicatio satis
Enuntiationem discernit ab omni non
ipsa , proindeque bona est ingenere
descriptionis , quo delectantur veteres .
Neutra tamen essentialis definitio est
Enuntiationis ut sic . Tum quia utra-

que traditur per disjunctionem inter
extrema opposita , atque adeò nullum
determinatum , fixum vè conceptum
ingenerat de essentiâ definiti . Tum
quia prior definitum explicat , non per
essentialia predicata , sed per acciden-
tia ; quemadmodum si homo descri-
batur *Animal* , quod est *sapiens* , aut *igno-
ranti* . Tum quia posterior describit
genus per species , seu differentias di-
visivas , nimirum per affirmationem ,
quæ significat aliquid esse , & nega-
tionem , quæ significat aliquid non esse .
Vnde non magis est essentialis defini-
tio Enuntiationis , quam ista animalis ,
Vivens , quod est *rationale* , vel *irrationale* .

Vt ergo definit' onem essentialem assiguent, varie discurrunt Dialectici Recentiores; apud quos Enuntiatio, nunc definitur *Oratio perfecta enuntiativa unius de alio*; nunc *Oratio, in qua aliquid de aliquo dicitur*; nunc *Oratio subiectiva predicans*; nunc *Actus mentis iudicativus*; nunc, vt alias definitiones præterea, *Oratio perfecta, sententiam ferens de obiecto*. Hæc vitima definitio placet: quia ferre sententiam, idoneè satis aperiè videtur. Enuntiationis discrimen à ceteris orationibus, eiusque proprium characterem. Dices: res inexplicata manet: nam rursus queritur, quid sit ferre sententiam de obiecto? Resp.: hoc vitio, siquod est, quævis alia definitio laborat. Pariter enim queri potest, quid sit iudicare, enuntiare, dicere *unum de aliis*, quid subiicere, quid predicare? Imò, quod non facile explicatu est, quid sit orationem esse veram, aut falsam? Ulteriore ergo explicacionem exigentibus responderi poterit per interpretationem vocabuli, seu definitionem quid nominis, quæ non respuit disiunctionem inter extrema diversa, vel opposta.

3. Porro, sententiam de obiecto ferre tūm quique dicitur, cum internis, vel externis signis determinat, quid sentiat, teneat, aut censeat circa identitatem, aut convenientiam extremorum, quæ sibi proponit. V. g. per simplicem apprehensionem, quæ prima est operatio mentis, proponuntur intellectui hæc extrema, *Petrus, Sapiens*, vt videat, an alterum conveniat alteri, nec nè. Tum intellectus, aliquo indicio ductus, elicit iudicium, quæ est secunda mentis operatio, vi cuius determinat, quid in re proposita sentiat. Quod si sic decernat, *Petrus non est sapiens*, fert

sententiam negantem; si vero sic, *Petrus est sapiens*, sententiam affirmantem. Sed quia vrumque est ferre sententiam, idèo hunc conceptum dicimus essentiale Enuntiationis ut sic, prout ab affirmante, & negante præcise. Consonat Magn. Augustinus (b), pienam sententiam vocans, quam nos Enuntiationem appellamus. Huiusmodi sententia, dum mente fertur, dicitur indicium, & Propositio mentalis: dum autem vox, vel scripto, Propositio vocalis, aut scripta. Quia tamè sic interest claritatis, Aristotelicis descriptionibus deinceps vreduna nobis est.

4. In omni Enuntiatione dicuntur, aut negatur de aliquo obiecto obiectum aliquod. Unde nulla est, in quæ non reperiantur Subiectum, & Prædicatum, obiectiva, & formalia. Obiectum, quod affirmatur, aut negatur, est Prædicatum obiectivum: obiectum, de quo affirmatur aliquid, aut negatur, est obiectum Subiectum. Illa vero signa, quæ obiectis hisce respondent, & quibus vtimur ad affirmandum, aut negandum, dicuntur Subiectum, & Prædicatum formalia: v. g. cum dicimus, *Homo est animal*, vox homo est formale Subiectum, & vox animal Prædicatum formale. Negant aliqui, voces, aut terminos formales, vocari Subiectum, & Prædicatum propriè, & simpliciter; censemque, tantum ita vocari impropriè, siue cum addito ut quo. Sed contrarium obtinuit vñus, pasim receptus à D. Thomâ (c), qui non solum ea nomina tribuit simpliciter terminis formalibus, sed aliquando magis propriè, quam obiectivis, vt cum ait (d) *Ipsa verba sunt, quæ predicantur magis, quam significant prædicata*. Quare vñus, *Quern penis arbitrium*

(b) L. de Magistr. c. 5. (c) V. g. 1. p. q. 16. ar. 2. (d) In 1. Perib. Lett. 4.

rium est, & ius, & norma toquendi, efficit, ut nomina Subiectum, & Predicatum, cum tribuuntur terminis formalibus, propriè significent partes Enuntiationis, representantes obiecta, quod, & de quo dicitur.

5. Reperitur nem in omni Enuntiatione copula verbalis, idest, vis. connectendi subiectum, & predicatum, quæ imbibitur in verbo Logico, & quam satis explicuimus Diip. præced. Ex his constitutivis resultat Enuntiatio, velut Totum quoddam, in quo materiam, formam, quantitatem, & qualitatem inventas more compositi naturaliter. Ut enim in homine v. g. considerant Physici materiam, quod est corpus, formam, quæ est anima, quantitatem, quæ est corporeæ mox extensio, vel extensis immediata radix, academum qualitatem, quæ est accidens, hominem sic verbaliter affectans, v. g. sanitas, aut ægritudo: ita proportione quadam similia nomina contemplantur, ac designant Logician artefacto Enuntiatio, quod ex ijs capitulo in variis dividit species, anobis neoxeaumerandas.

Enuntiationis Materia.

Materia Enuntiationis, dividitur ex qua, constittue in ipsis terminis, qui gerunt numeria subiecti, & predicati formalis: alia dicitur circa quam, constitutique in ipsis rebus, aut obiectis, quæ per formales terminos manifestantur. Ratione materiali ex qua, dividitur Enuntiatio in eam, quæ est d. secundo, & eam, quæ est de ratio adiutoria. Hæc divisione explicata est dipl. præced. c. 3. ss. 1. & 2. Dividitur 2. in formalim, & idanticam. Formalis est, quæ in obiecto distinctionem efficit subiecti à predicato, sicut ratione nostra, vel penes explicium, ut Homo est animal.

(e) 1.p.q.13.ar.7.c.

rationali. Identica est, in quæ ingreditur obiectum per terminos eodem, aut iynonymos ex parte subiecti, & predicati, ut Homo est homo, Ensis est gladius. Si quæras, quomodo in his prediceatur unam de aliis Resp.: datur ibi n. m., & aliud, denominative à numerica distinctione duarum apprehensionum, homo, & homo. Nam, vt ait D. Thomas (e), secundum quid ratio apprehendit eis aliquod numeri, statuit illud ut duo: & sic apprehendit quadratum habitudinem ipsius ad se ipsum.

7. Dividitur 3. in directam, & indirectam. Directa est, in quâ practicatum vel est subiecto quale, vel superiori, idest, communius, aut universalius. Indirecta est, in quâ interioris de superiori praedicatur, ut Animal est horro. Dividi potest 4. in variæ species, iuxta divisiones terminorum, quæs dedimus disp. 4. c. 4. Ex quibus, illationis gratia, seleniganda modo Propositiones, que ratione praedicti vocantur finitæ, ut Homo est sapiens, privativæ, ut. Non est in sapienti, & infinitæ, ut Homo est non-sapient. In quibus hoc nota, quod à privativa affirmante ad affirmantem infinitam valeat consequens, sed non est convergens. Unde bene argues: Est insipiens, ergo est non-sapient: at non bene, si ab infinita inferas privativam; nam lapis, quamvis non-sapiens, non ideo est insipiens, siquidem hic terminus carentia sapientiae requirit in subiecto capaci. Quedsi utique sit negativa, valeat illatio ab infinita ad privativam, si d. non-vite. v. r. s. ut experienti constabit.

8. At autem mutua consequentia valeat inter finitam negativam, & affirmativam infinitam, dubium est: in quo affirmandum puto, cum limitationibus mox adhibendis.

Ra-

Ratio eit : quia sicut attribuitur non esse hominis v. g. eidem negari debet esse hominis , & è conuersio ; alioquin posset aliquid simul esse , & non esse homo , quod repugnat. At per hanc affirmativam infinitam , *Lapis est non-homo* , attribuitur lapidi non esse hominis, seu negatio hominis concreta alicui subiecto confuso : ergo eidem lapidi negari potest , & debet esse hominis , v: sit in hac negativa finita , *Lapis non est homo*. Quod idem , mutatis vicibus , verum eit. Objic. : de corvo non existente verè dicitur , *non est albus* : & tamen falsò dicitur , *est non-albus* ; quia *To non-albus* , ut pote prædicatum contingens , affirmari nequit de subiecto non existente. Resp. : prædicatum contingens , quando est positivum , aut privativum , requirit existentiam subiecti; non verò , quando est infinitum : verè enim dicitur , *Hircocervus est non sapiens*. Verè ergo de corvo non existente dicetur , *est non albus*.

Sed nota 1., nos loqui de Enuntiatione , quæ solùm infinita sit ex prædicato : nam , si subiectum infinitetur , vt *Non-homo currit* , non infertur negativa finita , *Homo non currit*; quia subiectum utrobique diversum est , in secundâ homo , in primâ aliquid , quod non est homo. Hinc , si dicas , *In fluvio sunt non pisces* , non sequitur , ergo *in fluvio non sunt pisces*: nam prima verificari potest de lapidisbus , qui pisces non excludunt: sed ideo non sequitur , quia *To non-pisces* , non est prædicatum , sed subiectum: nisi malis , aliud subiectum subintelligi , sic nimirum *Aliqua in fluvio sunt non-pisces* ; quo sensu optimè infertur negativa finita.

Nota 2., totum prædicatum , quod negatur in vnâ , debere in alterâ infinitari , & vice versa. Vnde ex hac , *Petrus potest non salvare* , male inferes,

ergo Petrus non potest salvare : quia prima non infinitat totum prædicatum , quod secunda negat. Si tamen totum infinitaret sic , Petrus est non potens salvare , legitima foret illatio. Idem dico de hac , *Petrus non est necessariè existens* ; quæ ob eamdem rationem non infert istam , Petrus est necessariè non existens , sed istam potius , Petrus est non necessariè existens. Nota 3. oportere , vt propositiones absolute loquantur , non in sensu reduplicativo , aut præcisivo. Quare perperam sic argues : *Homo ut homo non est albus* , ergo *homo ut homo est non albus*; nisi *To non-albus* habeat etiam sensum præcisivum. Ratio : quia homo , vt homo , vel secundum hominis essentiam , nec dicit albedinem , nec carentiam albedinis , sed ad utramque indifferens est , & ab utrâque præcinditur: ergo in eo sensu nec albus est , nec non-albus , nisi *To non-albus* præcisivè magis , quam negativè sumatur.

Ratione materiæ circa quam dividitur Enuntiatione in *necessariam* , *contingentem* , & *impossibilem*: quæ partitio delimitur ex diversâ habitudine obiectivâ subiecti ad prædicatum. Nam propositio dicitur *necessaria* , quando prædicatum necessariò convenit subiecto , vel tamquam proprietas connaturalis , vt *Ignis est calidus* , vel tamquam essentia , vt *Homo est animal rationale*. Dicitur *contingens* , quando prædicatum contingenter advenit subiecto , vt *Aqua est calida*. Dicitur *impossibilis* , quando assent iudeicabilitatem extermorum impossibilem , quæ materia vocari solet *remota* , & *repugnans* , vt *Lapis est homo*. Propositio de materiâ necessariâ , semper vera est , & necessaria , si affirmativa sit: si verò negativa , semper est falsa , & impossibilis. Contrà evenit in propositione de materiâ remota , siye impossibili. Quæ autem in materiâ continua-

genti versatur, vera, vel falsa esse potest, sive afferat, sive negat.

12. Quæres, an propositio sit necessaria, quando subiectum est unum per accidens, sive conflatum ex duobus contingenter unitis, in quo tamen complexo prædicatum necessariò includitur? Exemplo sunt propositiones istæ, *Homo albus est albus*, *Homo currens mouetur*, *Homo peccans male agit*. Resolutio pendet à sensu, quem efficit subiectum, v. g. *Homo albus*: nam, si ita significet, *Homo*, qui nunc est albus, propositio erit contingens, cum ad eius veritatem requiratur *constantia* subiecti, quam esse contingentem, certum est. Si verò tale subiectum ab existentiâ præscindat, & quasi conditionatè significet, sic nimirum, *Homo*, qui fuerit, vel quodcumque fuerit albus, tunc propositio est necessaria, & æternæ veritatis, sive prædicatum sit ex se contingens, sive seculis. Licet enim non sit absolutè necessarium, hominem esse album; tamen ex suppositione, vel sub conditione, quod albus sit, albuna esse necesse est, iuxta vulgare, & evidens proloquium. *Omnis quod est, ex suppositione quod sit, necesse est esse*.

13. Si iterum quæras, in quo sensu regulariter accipiatur eiusmodi subiectum? Resp. regulariter accipitur in secundo, ita ut à praesenti existentiâ præscindat, & quasi conditionatè significet. Quoties enim prædicatum est de conceptu essentiali subiecti, propositio est æternæ veritatis, subiectumque absolutur à tempore, sive sit ens per se, sive complexum per accidens; vt patet in his, *Quatuor & tria sunt septem*, *Aer non lucidus est tenebrosus*, *necnon Omnis peccans male agit*, *qua vera esset, et si nullus actu peccaret; eo quod male agere sit de conceptu essentiali subiecti penes illam*.

pàrtēm peccans. Oppones hunc in *Darapti* syllogismum, *Omnis homo albus est homo*, sed *omnis homo albus est albus*; ergo *aliquis homo est albus*: vbi conclusio est contingens, qualis esse non posset, si præmissæ forent necessaria. Resp: syllogismus non est in *Darapti*, nec rectus; quia non servatur idem sensus propositionum ad finem usque; siquidem in præmissis est conditionatus, in conclusione absolutus. Conclusio ergo sic deducenda, *Ergo aliquis homo, si albus sit, est albus*. Dixi tamen regulariter: quia cum verbo *existit*, aut *equipollēti*, prior sensus videtur visitatus, vt cura dicitur, *Homo currens existit*.

Enuntiationis Forma.

14. Enuntiationis formam esse verbalem copulam, fatis ostendimus disp. 6. cap. 4. à n. 10. Ibidem, & cap. 3. explicatum est, quid sit, & in quo consistat copula verbalis, seu imbibita in verbo Logico. Quare nihil modò superaddere opus est. Dices: *vno in composito naturali*, v. g. *in homine*, non est forma: ergo nec in composito enuntiativo. Neg. Conseq.: quia in homine, non *vno*, sed *anima* est, quæ constituit compositum in specie determinatâ, humana scilicet potius, quam leonina, vel equinæ. Anima item, non *vno*, est, quæ præstat composito præcipuas denominationes *viventis*, *rationalis*, &c. At in hoc artefacto v. g. *Petrus est homo*, *vno*, seu copula est, quæ determinat partes. *Petrus*, *Homo*, ad speciem artefacti enuntiativi potius, quam termini complexi, aut orationis imperfectæ. Copula item est, quæ præcipuas tribuit denominationes *enuntiantis*, *affirmantis*, *negantis*, &c.

15. Ratione formæ dividitur Enuntiatio 1. in simplificem, & complexam, categoricam, & hypotheticam, de quibus iuferius. Dividitur 2. in affirmativam, & ne-

gatim: quæ membra per se nota sunt, & vulgo perspecta. Affirmativa vocari solet *componere*, & *compositionem*, quia signatè componit, idest, coniungit, seu attribuit unum obiectum alteri, ut *Homo est animal*. Negativa ex adverso vocatur *dividens*, & *divisio*, quia signatè dividit, idest, separat, seu removet unum ab alio, ut *Homo non est Leo*. Ut tamen proposicio sit negativa, debet negatio afficerre copulam principalem (idest, eam, quæ principaliter intenditur ab enuntiante); nec sufficit, quod afficiat minùs principalem, quæ nonnunquam intermiscentur ex parte subiecti, aut prædicati, sub relativo, aut aliâ formulâ, vocaturque *copula implicatio*nis. Unde sunt propositiones affirmantes, *Homo, qui non peccat, est sapiens*, *Leo est animal, quod non simet*.

16. Negat Caramuel in Hercule Logico (f), villam propositionem esse negativam: quod mirabile paradoxum multis argumentis probare conatur, quæ tamen ad hæc tria revocari possunt. Primum: omnis proposition, quæ negativa dicitur, reverâ est affirmativa de termino infinito: nam idem est dicere, *Planeta non scintillat*, ac *Planeta est non scintillans*; & idcirco his phrasibus promiscuè vtantur Auctores. Secundum: hic syllogismus: *Omnis sydus, quæ non scintillat, propè est: nullus Planeta scintillat: ergo omnis Planeta propè est: hic, inquam, legitime infert conclusionem affirmativam: sed hæc, iuxta regulas syllogisticas, legitimè inferri non potest, si vel via præmissa negativa sit: ergo præmissa Minor reverâ non est negativa, et si videatur. Tertium: proposition negativa non est, ubi negatio non afficit copulam; sed nunquam afficit; ergo, &c. Prob. Min.*

quia si negatio copulam afficeret, proposicio non foret compostum Logicum; non enim constaret vnoione; sed vnionis carentia, scilicet *Tò non est*, ubi carentia vnionis exprimitur.

17. Sed hæc infirma sunt, ut contra sensum totius generis humani prævaleant. Ad 1. eodem iure posset alius Hercules omnem eliminare propositionem affirmantem; quia omnis pariter ad negantem reduci potest, v.g. *Petrus est homo*, quæ idem significat, ac *Petrus non est aliud ab homine*. Equivalentia ergo immetit confunditur cum identitate formalis: optimè quippe stare potest cum diversitate in formâ, & modo essendi, & significandi. In moralibus idem valent pecunia, & panis, quin idem sint. In naturalibus anima humana æquivalet belluinae in facultate sentiendi; nec tamen idem sunt. In Logicis propositione universalis, *Omnis homo est animal*, æquipollit innumeris singularibus; quin tamen credatur formaliter eadem cum illis, nè in mente quidem. Sic igitur negativa æquipollere poterit affirmativa de termino infinito, quia fit formaliter affirmativa. Auctores promiscuè vtuntur ijs phrasibus, quia ad rem explicandam idem valent, non quia eundem concipiendi modum præferant.

18. Ad 2.: in syllogismis sepe non tam attenditur propositionum forma, quam substantia sensus, & obiecti significati. Quia ergo Minor syllogismi Caramelis, licet formaliter negativa, tamen virtualiter, & æquivalenter eundem sensum reddit, ac ita, *Omnis Planeta est sydus non scintillans*, quæ ibi ponî deberet de rigore forma, i.eo recte deducitur conclusio affirmativa. Ad 3.: me-

ra æquivocatio obtenditur. In negativâ propositione particula *non* signatè afficit, idest, removet, seu negat copulam obiectivam: at copulam formalem (quæ est vno, vi cuius propositio est compositum Logicum) non afficit negatio signatè, sed exercitè, quatenus illi coniurgitur ad copulaodos diversimodè terminos formales; nec illam ita *afficit*, ut neget, seu destruat, sed ut eam diversificet à copula affirmante. Recole dicta disp. 6. c. 3. n. 14. & c. 4. n. 12. Denique adversus huiuscmodi paradoxum intorqueri potest documentum illud Christi Domini (g): *Sit frater vester, est, est: non, non.* Vbi docensur vnum propositionis negantis, tamquam ab affirmante diversæ.

Enuntiationis Quantitas, & Qualitas.

19 Quantitas propositionis dicitur extensio subiecti formalis ad plura, vel pauciora obiectu significanda. Et quia quadruplex esse potest, quadruplex etiam ratione illius distinguuntur Enuntiationis species. Prima dicitur *Universalis*; cuius subiecto apponitur signum univiale distributivum, ut *omnis*, *nullus*. Secunda *Particularis*; cuius subiectum afficitur signo particulari, ut *aliquis*, *quidam* *nem.* Tertia *Singularis*; cuius subiectum, vel est nomen proprium, ut *Petrus*, vel afficitur signo demonstrativo, ut *hic bene*. Hæc, iuxta plures, non est propriæ quantitas; quia subiectum extensione caret, & ad punctum Logicè indivisibile redigitur. Quarta *Indefinita*; cuius subiectum est terminus communis, nullo signo affectus: hæc, dum est in materiâ contingenti, æquivalens particulari, ut *Homo currit*, quæ huic æquivalens, *Alquis bono currit*; si vero sitia ma-

teriâ necessariâ, vel dogmaticâ, æquivalens universali, ut *Homo est animal*, *Iustus in Graia moriens salvator*, quarum subiecta valent *Omnis homo*, *Omnis iustus*. Excipe propositionem *indirectum*; quæ, licet sit de materiâ necessariâ, v. g. *Animal est homo*, æquivalens particulari, nempe *Aiquid animal est homo*. Quando subiectum constat recto, & obliquo, quantitas propositionis nos pendet à signo afficieente solam obliquum (quod vocant *subiectum distributionis*); sed à signo afficiente rectum (quod vocant *subiectum attributionis*): quarè hæc non est universalis, *Rex omnium Hispanorum est inclitus*. Nec item pendet quantitas à prædicato: quare hæc, non est singularis, *Omnis Persona Divina est hic Deus*.

20 Qualitates Enuntiationis.

(quo nomine nunc intelligimus quædam accidentia, quæ ab essentiâ resultant, vel ipsi iam constitutæ supervenient.) alij dicunt esse veritatem, & falsitatem; alij, affirmationem, & negationem. Veritas est conformitas actus cum obiecto, quod ita se habet, sicut enuntiatur. Falsitas est difformitas actus cum obiecto, quod aliter enuntiatur, quam in se est. Utraque non immerito dicitur Enuntiationis qualitas: quia videtur supervenire, vel accidere propositioni iam essentia-liter constitutæ, tam in genere, quam in specie affirmativâ, vel negativâ, ut ipsam benè, vel male afficiat: veritas enim est veluti sanctas Enuntiationis, & falsitas velut ægritudo. Hinc ratione qualitatibus dividitur Enuntiatio in *veram*, & *falsam*. Affirmatio, & negatio reverâ sunt differentiæ formales, & specificæ Enuntiationis, scilicet rationale, & irrationale respectu Animalis. Sed quia differentiæ dicuntur Logicè accidere ge-

neri; idcirco respectu Enuntiationis ut sic, sive in genere, negatio & affirmatio vocari poterunt accidentia Logica, seu Logicæ qualitates.

CAP. II.

Quid, & Quoruplex sit Enuntiationum Oppositorum?

Opposito, quâ de loquimur, definiri potest, Duarum propositionum, affirmantis, & negantis idem de eodem, repugnantia Logica formalis in qualitate. Dicitur repugnancia Logica: quia modò non loquimur de physica pugna, sive incoharentia duarum propositionum in eodem intellectu, quæ ad Physicos, aut Animalicos pertinet; sed de pugna significationis verae, ac falsæ circa idem obiectum; quæ pugna in significando, Logice considerationis est. Dicitur formalis: quia debet esse repugnancia ratione formæ, ita ut in quacunque materiâ propositiones folementur similes, altera alteri repugnet. Requiritur deinde ut propositiones sint de eodem subiecto, & prædicato: quia sicut contrarietas physica, & in essendo, exercetur circa idem commune subiectum; ita oppositio Logica, & in significando, circa idem obiectum commune exerceri debet. Vnde propositiones istæ, Petrus est idem secum, Petrus non est idem secum, non sunt Logice oppositæ, licet nec simul falsæ, nec veræ simul esse queant. Sed intellige, debere subiectum esse idem, non competratis syncategorematis, aut signis, quantitatemi propositionis denotantibus: si enim ista competentur, subiectum, saltem formale, diversitatem aliquam admittit. Denique ad-

ditur in qualitate Logica: idest, in veritate, & falsitate, quæ magis aptè dicuntur Enuntiationis qualitates. Quodsi hoc nomine intelligas etiam affirmationem, & negationem, non ideo definitio claudicat: nam oppositio, dum est immediata, servatque, formam, & modum, inter negantem, & affirmantem exercetur.

Dividitur oppositio.

Oppositio propositionum communiter circumfertur quadruplex, videlicet Contradicторia, Contraria, Subcontraria, & Subalterna. Oppositio contradictoria, est Repugnancia formalis duarum propositionum in veritate & falsitate (in hac, & sequentibus definitionibus intellige cætera, quæ continet definitio communis, data num. præc.). Contradiccio itaque versari debet inter affirmantem, & negantem idem de eodem, quantum unius veritas excludat veritatem alterius, & falsitas falsitatem. Hoc genus oppositionis est falsio, seu proprietas, omni Enuntiationi conveniens: nulla enim possibilis est, cui non possit alia contradicere, (a) id ipsum ex adverso sic affirmando, vel negando, ut nequeat utraque simul esse vera, nec simul falsa. Regulariter fit inter propositiones universalem, & particularem, ut *Omnis homo est iustus*, *Aliquis homo non est iustus*; vel inter duas singulares, ut *Petrus disputat*, *Petrus non disputat*. Ceterum in omni Cocontradictione Logica debet altera propositione id affirmare, vel negare, quod præcise requiritur, & sufficit ad falsitatem alterius. Hinc, *Omnis homo currit*, *Petrus non currit*, non sunt contradicторia, cum ambæ simul falsificari possint, currente Petro, & ceteris sedentibus. Ratio autem est, quia secunda plus negat, quam opus fit ad


falsitatem primæ : determinat enim Petrum , cum sufficiat aliquis homo vage.

3. Oppositiō contraria est Repugnantia formalis duarum propositionum in sola veritate. Reperitur inter affirmantem , & negantem universales , quarum unius veritas excludit necessariò alterius veritatem ; utriusque tamen falsitas existere simul potest ratione formæ : v. g. *Omnis homo currit* , *Nullus homo currit* ; quæ nequeunt verificari simul ; bene tamen simul falsificari , vt accideret sedente Petro , & currente Paulo. Quod autem in materiâ naturali , seu necessariâ , nequeant falsificari simul , vt cernitur in his , *Omnis homo est vivens* , *Nullus homo est vivens* , provenit à materiâ circa quam , non à formâ ; proindeque nulla in his est repugnantia formalis in falsitate. Contraria tales esse debent , vt altera plus neget , quâni quod sat est ad falsitatem alterius ; vt in exemplis adductis videre licet.

4. Oppositiō subcontraria est Repugnantia formalis duarum propositionum in sola falsitate. Invenitur inter duas particulares , negantem , & affirmantem , vt *Aliquis homo currit* , *Aliquis homo non currit* ; quæ nunquam simul falso , sed aliquando vere simul esse possunt , si nimur currit Petrus , & sedeat Paulus. In materiâ necessariâ verificari simul nequeunt : sed hoc à materiâ

provenit , vt nuper in simili dictum est. Harum intrinseca conditio est , vt altera minus affirmet , neget ve , quâni ad alterius falsitatem requiriatur : vt enī falsum sit , quod aliquis homo currit , non sufficit quod non currat aliquis , sed requiritur quod nullus omnino currat.

5. Subalterna demum Oppositiō est Repugnantia in sola quantitate duplicitis propositionis , utriusque affirmantis , vel utriusque negantis idem de eodem. Sie opponi dicuntur propositiones universalis , & particularis , quarum prima dicitur Subalternans , secunda Subalternata & dum utraque affirmat , vt *Omnis homo currit* , *Aliquis homo currit* ; aut utraque negat , vt *Nullus homo currit* , *Aliquis homo non currit*. Hæc est oppositiō quædam relativa , vt quæ datur in physicis inter magnum , & parvum , aut inter totum , & partem : sed cui non importet discrepantiam affirmationis , & negationis , veritatis , & falsitatis , non est oppositiō propriè Logica , de quâ in præientiâ differitur , ideoque non comprehenditur definitione data num. 1. Subalternæ per se nec veritatem , nec falsitatem simultaneam respiciunt , vt insipienti patet. Quodsi non tenet in materiâ necessariâ , & repugnanti , causa est , non formæ , sed materiæ conditio. Ut predictas omnes oppositionis species præ oculis habeas , en tibi subiectus de more typus.



Propositiones prout sunt in tabula, vocantur Opposita de forma & modo: quia servant formam expreſſe oppositam penes affirmatiōnem, ac negationem, & insuper modum significandi regularem penes universalitatem, & particularitatem. Alia verò, que sub diversa formā, & modo circa idem obiectum videntes, eamdem Legem fundamentalem super veritatem, & falsitatem reuertent, vocantur Opposita de Lege. V.g. Petrus est homo, Petrus est non homo, sunt contradictorū de Lege, quamvis utraque sit affirmativa: vt etiam Nullus homo est iustus, Petrus est iustus, sunt

(b) Apud Arist. 4. Metaph. c. 3.

contraria de Lege, quamvis non sit utraque universalis.

Leyes Oppositionis.

Ex definitiōibus supra datis habetur, Legem fundamentalem, & inconcussam esse, vt in nullā materia propositiones contradictorū possint unquam evadere simul veræ, nec simul falsæ; vt nec contraria simul unquam veræ, nec subcontraria simul unquam falsæ. Nititur ea lex principijs hisce per se notis, ac metaphysicè infallibilibus, Quod ibet est, vel non est, Impossibile est id m simul esse, & non esse. (b) Nam in primis, quod attinet contradictorias, v.

.g.

g. *Omnis homo est iustus*, *Aliquis homo non est iustus*, si utraque vera esset, iam ille aliquis homo, qui iuxta secundam verē non est iustus, simul esset verē iustus iuxta priam, cum sit unus ex omnibus, qui in ea verē dicuntur esse iusti. Idem igitur homo simul esset, & non esset iustus, contrā principia posita. Si autem utraque dicatur falsa; prima ideo falsa erit, quia unus saltē horū non est iustus; secunda ideo, quia ne vnuus quidem reperiatur, nisi iustus; si enim vel unus reperiatur non iustus, illa non poterit esse falsa. Ergo ex falsitate secundā sequitur, quod est iustus etiam ille unus, qui non est iustus ex falsitate primæ; proindeque idem absurdum sequitur contra principia.

8. Id ipsum pariter demonstratur in his, *Nullus hoc est iustus*, *Aliquis homo est iustus*: nam si vera sit utraque, ille aliquis homo, qui iuxta secundam verē iustus est, simul non est iustus iuxta primam verē dicentem de omni homine, atque adeō de illo verē iusto, quod non est iustus. Si ambæ sint falsæ, sequitur ex falsitate primæ, quod saltē unus homo est iustus: at ex falsitate secundæ sequitur, quod ne unus quidem est iustus, adeoque nec ille ipse, qui primam falsificat, quia iustus est: ergo sequitur, quod ille ipse simul est, & non est iustus. In contradictorijs singularibus, v.g. *Petrus est iustus*, *Petrus non est iustus*, planior, & brevior est demonstratio: nam si utraque est falsa, faliū erit, quod Petrus sit iustus, & falsum pariter quod non sit iustus: erit ergo falsum illud principium, *Quodlibet est, vel non est*. Si vera sit utraque, verum erit Petrum esse iustum, & eundem non esse iustum: non ergo verum erit principium illud, *Impossibile est idem simul esse & non esse*.

Hinc facilè demonstratur firmitas oppositionis contrariae, & subcontrariae. Nam si contraria, *Omnis homo est iustus*, *Nullus homo est iustus*, utraque simul essent, simul quoque verificarentur subalternatae particulares, nimirū *Aliquis homo est iustus*, *Aliquis homo non est iustus*, quia legitimate ex subalternantibus inferuntur; sed hæc particulares contradictriorē opponuntur universalibus ex diametro, ut constat ex typo, seu tabulā: ergo, si utraque supponantur utraque, sequitur, contradictrorias simul esse veras; quod, salvis principijs per se notis, contingere non posse, nuper ostendimus. Nam si subcontrariae, *Aliquis homo est iustus*, *Aliquis homo non est iustus*, dicantur simul falsæ, sequitur, earum contradictrorias simul esse veras: at earum contradictroriae sunt universales inter se contrariae, ut ostendit tabula, & ex contrarijs simul veris sequitur simultanea veritas in contradictorijs, atque adeō principiorum eversio, ut nunc nū vidimus: ergo, &c.

10. Sed, ut supra indicavimus, ratio, cur hæc oppositio, usque adeō nixa principijs immobilibus, reperiatur in hī, aut illis propositionibus, est mensura negationis, aut exclusionis unius respectu alterius in significando. Ex eo enim, quod altera propositione excludat de obiecto quantum præcisè sufficit, & necessarium est ad falsificandam alteram, oritur oppositio contradictionis. Quia, dum altera excludit quantum sufficit falsitati alterius, si vera est, necessariò infert alterius falsitatem: & dum excludit quantum est necessarium, si falsa est, infert veritatem alterius, quæ certè vera manet, quādū falsò inducit quod ad eam falsificandam est necessarium. At, si altera excludat pluquā quod sufficit alterius

falsitati, resultat oppositio contraria. Nam, si excludens est vera, nequit altera vera persistere, siquidem vere inducitur quod eius falsitati sufficit: si rāmen contingat, vt datur quod sufficit, & non plus, erit utrāque falsa. Denique, si altera excludat minus, quām quod alterius falsitati sufficit, oppositio erit subcontraria: eo enim ipso veritas excludentis, sive negantis, non sufficit ad alteram falsificandam, ac proinde permittit, vt simul vera maneat. Si tamen altera falsificatur, quando minus excludit, quām quod alteri falsificande necessarium est, falsior esset, si excluderet quantum est necessarium, ac proinde si contradictria foret: tunc ergo non poterit altera simul esse falsa.

11. Præter dictam Legem, eiusque radicem, sunt & aliae regulæ in Oppositione servandæ. Prima: vt nulla varietur proprietas terminorum, scilicet suppositio, ampliatio, appellatio, &c. Quare deest oppositio in istis, *Rex est syllaba*, *Rex non est syllaba*, si varietur suppositio. Subiecti de materiali in formalem: in istis item, *Cœcus videt*, *cœcus non videt*, *Miles est bonus*, *Miles non est bonus*, si non eadem ampliatio, & appellatio servetur. Suppositionis tamen varietas tum solum obest, cum efficit, ne utraque propositione loquatur de eodem obiecto, iisdem circumstantijs obiectivis affectio, quin signa-quantitativa computentur. De cætero, suppositionis varietas, quæ in sola quantitatis variatione consistit, oppositioni non sufficit, vt constat ex tabulâ, & ex dictis n. 7. & seqq.

12. Secunda regula: vt pro contradictione oppositione retineat utraque propositione eadem syncategoremata (exceptis quantitatibus ex parte subiecti, vt nunc monimus),

eadem scilicet adverbia, casus obli-
quos, &c. iteque, vt quæ in alterā affirmantur syncategoremata, ad verbum, aut prædicatum pertinentia, negentur in alterā. Vnde huic propositioni, Petrus essentialiter est doctus, non contradicit hæc, Petrus essentialiter non est doctus, sed ista potius, Petrus non essentialiter est doctus. Tertiæ: vt oppositio evadat contradictoria, omnes universalitates unius propositionis, in alterā particularitates esse debent: v. g. contradictoria istius, Cuiusvis hominis omnis anima semper ubique existit, debet ita formari, Cuiusdam hominis quædam anima non existit aliquando, vel alicubi: vbi cernis universalitates terminorū cuiusvis, omnis, semper, uniuersus, necnon, mutatas in particularitates cuiusdam, quædam, & quando, alicubi, ac vel: coniunctiones enī, &c., ac vel, sic inter se comparantur, vt prima sit quasi universalis, secunda, quasi particularis. Denique, ne alijs minutissimis regulis, quæ sine fine exigitur possunt, immoemur, attente inspicendum est propositionis cuiusque sensus, quantumque in eo destinet altera propositione, an præcisè quod eius falsitati sufficit, & requiritur, an plus, an minus; utrā dignoscatur, sint nec propositiones contradictoræ, contraria, vel subcontraria, iuxta dicta n. 10.

Quæsiuncula duplex.

13. Quær. 1.: an oppositio contradictione sit omnium maxima? Affirmandum existimo. Tum quia in physieis summa est oppositio contradictione, quæ versatur inter esse, & non esse rei: ergo pariter in Logicis. Tum quia sola contradictione est oppositio reciproca in veritate, & falsitate; cum cæteræ solam importent repugnantiam vel in veritate, vel in falsitate. Tum demum, quia cætera-

sum oppositionum firmitas per contradictioniam demonstratur, ut vidimus n. 9.: & idcirco ab Aristotele (c) contradictionia quasi autonomaisticè vocantur. *Oppositio.* Objet: huic propositioni, *Omnis homo est iustus*, magis opponitur hæc universalis, *Nullus homo est iustus*, quam hæc particularis, *Aliquis homo non est iustus*, cum universalis plus neget, aut excludat de obiecto affirmato. Erit ergo oppositio contraria maior contradictioni.

14. *Resp.* 1. t ex eo capite poterit oppositio contraria dici maior secundum quia, aut extensivè: sed tam absoluè, & intensivè minor erit ob altos titulos in contradictioni praevientes, quos in probatione indicavimus. *Resp.* 2. neg. Antec. quin obiect subiecta ratio: quia licet ceteris universalis plus neget, non idè magis opponitur: negatio quippe eadem opponitur affirmationi, quatenus infert repugnantiam in veritate, & falso simultanea. Hæc autem repugnancia maior infertur ex negatione particulari contradictioni, quam ex universalis contrariæ, siquidem ex hac oritur repugnancia in solâ veritate, ex illâ vero tara in veritate, quam in falsitate.

15. Quer. 2. vtrum subcontraria propriè sit oppositio? Ratio negandi esse potest. i.: quia subcontraria possunt esse simul vera: una autem veritas non opponitur alteri, ut nec virtus virtuti. s. t. quia in subcontrariis non affirmatur, & negatur idem de eodem: & idcirco, si currit Petrus, & non Paulus, ambæ istæ verificantur, *Aliquis homo currit*, *Aliquis homo non currit*, eo quod altera pro Petro, altera pro Paulo supponat. Propter hanc tententiam negativam expresse sicut D. Thom. Perih. Lect. 11. Ra-

tio tamen affirmandi esse potest: quod contraria iuxta omne, proprie est oppositio: ergo etiam subcontraria, *Prob.* conseq. 1.: quia utraque, quatenus oppositio dicitur, tamen innititur principijs per se notis, & oppositionem contradictioniam includit, aut infert, ut supra vidimus. 2.: quia subcontraria tam adverstantur invicem in falsitate, quam contraria in veritate: nulla autem ratio est, cur repugnancia potius in veritate, quam in falsitate, propriè vocetur oppositio; 3.: quia oppositio contradictioni propriè excedit contrariam in esse oppositionis; sed non excedit, nisi quā parte repugniam continet in falsitate; repugnancia igitur in falsitate, propriè participavit vim oppositionis.

16. 4.: Quia fundamenta partis adversa non vrgent. Nam primum solum probat, subcontrarias non esse oppositas, quatenus veras: non tamen evincit, proprie non opponi quatenus falsas, ita scilicet, ut unius falsitas falsitatem alterius excludat. Sanè potest falsitas falsitati opponi, sicut virtutum vitio, v. g. prodigalitas avaritia. Secundum non probat, quod intendit: nam utraque propositio significat omnes homines indeterminate, & pro omnibus supponit disjunctivè, ut patet ex Descensu, qui ab utraque fieri potest ad omnes homines sub disjunctione. Profectè, si altera non supponeret, nisi pro Petro, & altera non nisi pro Paulo, posset utraque simul esse falsa (quod nemo concedit,) quemadmodum falsæ simul esse possunt istæ, *Petrus currit*, *Paulus non currit*. Quod ergo utraque subcontraria vera sit, non provenit ex alietate obiecti, sed ex eo quod suppositio disjunctiva non requirit pro sui veritate existentiam cunctum extermorum, sed alicuius: idèque, si aliud extre-

mum existat, & non aliud, datur quod sufficit ut utique propositione vera sit. Additum quod propositiones contrariae propriè sunt oppositæ, quamvis, dum falsificantur simul, non proveniat utriusque falsitas ab eodem obiecto. Dissidium videtur mere vocale. Fas tentur omnes, propositiones subcontrariae tam rigidè repugnare invicem in falsitate, quam in veritate contrarias. Vnde solum de nomine *oppositionis* coactio superest.

CAP. III.

*Variæ circâ Oppositionem Contradic-
toriam in particuliari Difficultates
erodantur.*

1. **Q**uemquam omnino certum, atque evidens sit, propositiones contradictorias non posse in veritate simul, aut in falsitate convenire, hec tamen evidētia nostra raro obscuratur, cum ad designandas in particulari varijs propositionibus contradictorias per venitur. Quapropter difficultates nunc, & utiliores percurremus: nam ire per omnes, infinita concepcionem, & locutionem humanaoram, varietas non patitur.

2. **Q**uer. i., quenam propositione contradicat huic, *Omnis homi-
nis currunt*? Respondent. Dialectici non pauci, hanc esse contradictionem, *Aiqui homines non currunt*. Nam autem obiectetur, quod utrique simul falsificabitur, si vnu tantum hominum currit, reponant, eo in eventu veram esse particularem negationem, quia syncategorematu nomen pluralis, *Omnis*, *Aiqui*, supponatur pro binarijs, nec possint resolvi in singulas unitates; & perinde est dicere, *Omnis hominis*, ac *Omnis hominum*; & *Aiqui homines*, ac *Aiqui hominum*. Huc, dum ceteri currunt preter vnum, particularis illa vera

manet; quia verum est tunc, quod aliqua dualitas, vel aggregatum aliquod duorum hominum non currit, nempe aggregatum constitutum ex illo, nona currente, & alio currente.

3. Hec tamen doctrina displicet, ut quæ tota nititur illâ suppositione pro binarijs, quam impugnavimus disp. 5. cap. 3. n. 4. *Quis non reprobat*, ut falsas, propositiones istas, *Aiqui Apostoli Dei non sunt in Cœlo*, *Aliqui feminine post Evans non sunt concepte in peccato originali*, *Aliqui Divine Personæ non sunt diffusæ à Patre*, *Aliqui Christiani non sunt subditæ Papæ*. Et tamen eidem doctrinæ veritatis poterunt omnes, facto scilicet binario, seu aggregato, ex S. Petro, & Iudâ proditore, ex Deiparâ, & Marthâ, ex Patre, & Filio, ex Parochio tuo, & Papâ ipso.

4. Respondent alii, prædictæ propositioni contradicunt, si toti ipsi præponatur negatio, sic nimisram, *Non omnes homines currunt*. Sed contra: *Non omnes in sensu distributivo idem* valent, ac *Aiqui non*; sed quando unus tantum non currit, falso dicitur, *Aiqui bona reges non currunt*, ut constat ex num. præc.: ergo, &c. Prob. Multo ex illo Apostoli (a), *Non omnes obediunt Evangelio*; & ex communis sensu, quo passim dicimus, *Non omnes christiani salvantur*, *Non omnes ingeniosi sumus*, & hisce similitudinib; vbi nemo est, qui non idem intelligat, ac si dicatur, *Aiqui non*.

5. Exstimo ergo, eandem esse contradictionem illius, *Omnis homines currunt*, ac istius, *Omnis homo currit*, hanc scilicet, *Aiquis homo non currit*. Ratio: quia plurale signum *Omnis*, quoties prædicatum non obstat distributioni per singulas unitates, importat suppositionem pro singulis non minus, quam singulare *Omnis*; ergo

(a) Rom. 10. 16.

esdem modo contradicit, utriusque particularis negatio numeri singularis; in plurali quippe negatur plus, quam sufficit ad falsitatem universalis. *Prob. Aet.*: quia, dum prædicatum non obstat, *Totum Omnes* optime resolvitur per *Totum singuli*, vel *uniusquisque*; ut patet, tum ex dictis loc. cit. n. 3.: tum ex loco *Ier. 13, 24*. (*b*) *Omnes nos quasi oves erravimus*, *uniusquisque in viam suam addiditum*, vbi corporis signum. *Omnes* resolutum per *uniusquisque*: quod idem cernere est in loco Apostoli, (*c*) *Omnes stabimus ante tribunal Christi*, que prepositio paucis interiecit resolvitur, sive explicatur per *equipollentem*, (*d*) *Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet D.o.* Eundem sensum in alijs innumeris locutionibus, sacris, & prophanicis, palius invenies.

O i.e. in eventu, quo unius homo existat, & currit, ambae propositiones, quas dicimus contradictorias, falsificantur; prius, quia est de subiecto non supponente, nam *Totum Omnes homines* supponit existere plures; secunda, quia nullus est homo, qui non currat. *Resp.*: hæc difficultas vexat communes contradictorias, ab omnibus receperas; sive enira dicatur *Omnis homo*, sive *Omnes homines*, æquè supponit falsa pluralitas, dum unius homo existit homo. Itaque particularis negativa tunc est vera; quia vagatur etiam per homines non existentes, quorum quilibet revera non currit. Quod ita vagetur, constat: quia contradictionis negativa loqui debet de eodem obiecto, quod verificat, vel falsificat affirmativam, ut nemo negat; sed affirmativa falsificatur in eo eventu per homines non existentes, quos falso supponit existere: ergo de ijsdem vagè, seu disjunctivè loquitur particularis negativa. Eadem doctrina

na valeat pro eventu, quo nullus homo existaret, Sc proferrentur ab Angelio hæc iuxta omnes contradictoriz, *Omnis homo currit*, *Aliquis homo non currit*.

Quar. 2., qualiter contradicendam propositionem, *Omnis Deus est omnipotens*? Est enim abidubio falsa, utpote supponens Deorum multitudinem: & aliunde hæc, quæ videtur contradictoria, *Aliquis Deus non est omnipotens*, falsa periter est; quia *Totum Aliquis* eadem suppositione falsa laborat, cum perinde sonet, ac *Iste*, vel *ille*, vel *ille*. Quæ difficultas augebitur, si dicatur, *Omnis Deus verus est omnipotens*, vel, *Omnis Pater eternus est Genitus*. Varij varia respondent. Ex doctrinâ numeri præced. dici potest, particularem negativam esse contradictoriæ universalis, & veram, etiam si dicatur, *Aliquis Deus verus, vel, Aliquis Pater eternus*. Ratio: quia particularis de eodem obiecto loquitur disjunctivè, de quo universalis distributivè; sed universalis loquitur de Diis sicutis, & chimericis, quos supponit esse possibiles, & veros, & idcirco est falsa: ergo de ijsdem chimericis Diis, aut Patribus, disjunctivè loquitur particularis. Nec novum est, quod particularis variū induat sensum ex conspectu universalis, cui contraponitur. Sic universalis *Ex. 32, 13*, *Omnis homo est moriturus*, contradicit hæc particularis, *Aliquis homo non est moriturus*, censeturque falsa, quia ex conspectu universalis loquitur de homine existente; cum tamen secundum illuc verificari posset de homine possibile, qui nunquam existet. At de aliquo Deo, aut Patre chimerico verè negatur, quod sit omnipotens, aut Genitor: vera igitur est particularis id negans.

8 Dices: quomodo illius

veritas stare poterit cum suppositione falsa ex parte subiecti? Siquidem idem sonat *Aliquis Deus verus*, ac *Vnde è multis veris Dīs*. Rsp.: suppositio illa subiecti non est falsa: quia in negativis propositionibus, suppositio solitus multitudinis subiecti absque addito accidentali, per negationem subsequentem ampliatur ad multitudinem, quae est, vel quae non est, nec esse potest: cum enim predicata verē enuotati possit negativē de illis etiam subiectis, quae non sunt, nec esse possunt, sic, ut suppositio subiecti accommodetur genio rædicationi, seu negationis subsequens, nisi obsteret additum accidentale, de quo infra. Exemplo sit hæc propositio, *Aliquis Sol non est absque luce*, quam nemo negabit esse veram, quin obsteret suppositio multitudinis, ut pote vere contradictionem istius falsæ, *Omnis Sol est absque luce*. In illâ ergo particulari negativâ, *Tō Aliquis Deus verus reddit hūc sensum, vnde è multis veris Dīs, qui sunt, vel qui non sunt, nec esse possunt*.

9. Quid si ista non placeant, cogitetur universalis illa, *Omnis Deus est omnipotens*, ut propositio de relativo, hunc sensum habens, *Deus*, qui est multiplex; quod genus propositonis prius resolvi debet, quam assignetur contradictionia, ut infra notabimus. Si autem in casu nostro resolutionis sic fiat, *Deus est multiplex*; *Omnis est omnipotens*, hæc erit contradictionia, vel *Deus non est multiplex*, vel *Aliquis non est omnipotens*.

10. Quer. 3., qui fiat contradictionis, ubi datur suppositio simplex, aut copulata? Rsp.: utraque suppositio, ut pote immobiles (id est, incapax resolutionis, atque descensus), tractanda est ut suppositio singularis, nihilque in contradictione variandum, præter negationem copula-

re additum. Quamobrem hæc sunt contradictiones, *Homo est nomen*, *Homo non est nomen*; & hæc pariter, *Omnis Apostoli sunt diuidicim*, *Omnis Apostoli non sunt diuidicim*; servata utrobius eadem suppositione simplici, & copulata, seu collectivâ. Hinc, quod cap. præced. dictum est, mutandas esse universalitates in particularitates, & è converso, intelligi debet, quando suppositio est disiunctiva, seu distributiva: si enim sit copulata, nihil mutandum. Vnde propositioni verae, *Omnis homo*, servans omne mandatum Dei, salvabitur, non contradicit ista, *Aliquis homo*, servans aliquod mandatum Dei, non salvabitur, cum sit etiam vera in ijs, qui ex unius mandati transgressione damnantur. Hæc ergo ritè contradicit, *Aliquis homo*, servans omne mandatum Dei, non salvabitur, invariato signo omni, quia copulatè supponit. Idem intellige de signis *Omnis*, & *Aliquod*, immediate appositis prædicato, quæ invariata recineri debent, sic nimirum, *Omnis homo est omnes animalia*, *Aliquis homo non est omnis animalia*.

11. Quer. 4., quo pacto statuenda contradictionis in signis dualitatis, uterque, Alter, &c. c. Concedunt omnes, quod neuter, & alter invicem conteradicant (nisi alter disiunctum accipiatur, de qua statim), ut cum dicitur, *Neuter homo currit*, *Alter homo currit*. Difficultas est in signis *Uterque*, & *Alter non*; quibus contradictionem effici, communiter negatur: quia subiectum propositionis, *Uterque homo currit*, reddit hunc sensum, *Alicius binarij hominum quilibet currit*: sensus autem hujus, *Alter homo non currit*, hic est, *Alicius binarij hominum aliquis non currit*. Quo sensu utraque propositio poterit esse vera, si dentur *hominum binarij duo*.

dūo, quorum in uno quilibet currat,
& in alio non currat alter. Assentior
omnino, si serael statuatur, illum
esse germinum propositionis varius
que sensum.

12. Sed, ut iam alibi no-
teavimus (e), communior talium
signorum usus postulat certum bina-
rium, de quo fit sermo, vel saltem
certana hominum classem in binarios
distributam. Sic, cum dicitur Genes.
2., *Eras aut m vterque nudus, proti-
nus additur, Adam scilicet & uxor eius.*
& Act. 8., ubi dicitur, *Descenderunt
uterque in aquam, statim subditur,*
Philippos, & eunuchs; quasi uterque
non perfecte significet, nisi binarius
designetur. Hoc autem sensu, saltem
dum abest suppositio confusa, vel
copulata, Uterque, & Alter non, pro-
culdabio important contradictionem.
Quodsi nonnunquam extendatur *Uter-*
que ad plures binarios certi hominum
generis, pro omniaibus supponit dis-
tributivē. V. g. huius propositionis.
Si excus cecum ducat, uterque in foream
*cadit, sensus est, Omnis binarij coco-
rum, ducentis, & ducti, quilibet in*
foream cadit: tunc autem ritè con-
tradicit Alter non, quia reddit hunc
sensum, Alioquin binarij, &c. alter non
cadit in foream.

13. Quer. 5., quid contra-
dicat suppositioni confusa, quæ dici-
tur etiam disiuncta, & vaga? His
v. g. propositionibas, *Alter oculus ad*
videndum requiritur, Aliquis equis ne-
cessarius est ad equitandum. Resp.: hæc
etiam suppositio est quasi immobilia;
quia non admittit resolutionem, aut
descensum ad plures propositiones
categoricas, sed ad unicam de sub-
iecto disiuncto, ut ostendimus disp.
5. cap. 2. n. 16. Quare de suppositio-
ne ista censendum, quod de simplici,
& copulata: nihilque in contradicto-

rijs variandam, præter negationem.
Itaque prædictis propositionibus ha-
bit contradicunt, Alter oculus non requiri-
tur ad videndum, Aliquis equis non re-
quiritur ad equitandum: quas rati-
quam veras invenies, dummodo sup-
positionem pure confusatam, ac vagam
ex parte subiecti retineas.

14. Quer. 6., quomodo
contradicatur propositioni, cuius
subiecto additus aliquid accidentale,
sive contingens, v. g. Petrus albus cur-
rit. Ratio questionis est: quia non
contradicitur, si dicatur, Petrus albus
non currit; potest enim uterque falsifi-
cari, si Petrus non sit albus, cum
utraqque importet suppositionem fal-
sam ex parte subiecti, vel, ut aiunt,
utraqque sit de subiecto non supponen-
te. Resp.: Res tota pendet à sensu
subiecti. Si enim idem sonet Petrus
albus, ac Petrus, qui nunc est albus,
propositiones illæ non sunt contra-
dictoriae, propter rationem modi
dictam. Dices: et si Petrus non sit
albus, vera erit hæc propositionis, Pe-
trus, qui nunc est albus, non currit;
quia resolvitar per istam, Petrus non
currit, vel ille non est x. n. albus, iuxta
doctrinam Thomistarum de refuta-
tione Relativi: ita autem disiunctiva
in eo eventu vera est. Resp. Hic mo-
odus resolutionis satius impegnatus est
disp. 5. cap. 3. à n. 13. Et vero, quis
eius doctrinæ præsidio veram reputet
propositionem istam, antichristus, qui
nunc disputat, non errat. Aut etiam
istam, Spiritus Sanctus, qui factus est
homo, non est immortalis?

15. Itaque, propositione ques-
tionis, si idem significet, ac Petrus,
qui nunc est albus, currit, est equiva-
lenter copulativa, & resolvi debet in
copulativam formalem, ut illi con-
tradictoria assignetur iuxta ritua co-
palativarum, quæ dabimus cap. 5.

Si vero significet quasi conditionate, ita scilicet, *Petrus, qui sit albus*, tunc contradictoria erit illa, *Petrus albus non currit*: quanvis enim *Petrus albus non sit*, vere negabitur, currere Petrum, qui sit albus. Sensus porro conditionalis erit, si praedicatum sit aliquid inclusum in subiecto, vel in aliquâ subiecti parte, vt si dicatur, *Petrus albus est albus*, vel *est homo*. Item, si praedicatum regulariter sit sequela subiecti penes illud additum contingens, maximè si subiectum sit terminus communis, vt cum dicatur, *Miles veteranus fortiter pugnat*, *Homo senex est bonus consiliator*. Id quod sepe tenet, etiam si relativò utamur in speciem absolutum, v. g. *Iuvenis, qui studio constiterit incumbit, doctus evedit*; adhac enim sensus conditionalis est. At, cum alijs praedicatis, que per se, vel regulariter, non ita sunt annexa, suppositio subiecti est absoluta; & consequenter falsa, dum in re non datur additum subiecti contingens, maximè si de subiecto singulat sit sermo. In dubio vtere distinctione.

16. Hinc colliges, quid sentiendum, quando subiecto additur casus obliquus, denotans possessionem contingentem. Si possessio omnino absolute denotetur, vt plerumque accidit, non sit contradicatio modore regulari. Haec quippe non sunt contradictoriae, *Pallium hoc Petri est novum*, *Pallium hoc Petri non est novum*, item, *Cuiuslibet hominis equus emnis currit*; *Alicius hominis aliquis equus non currit*: nam utræque simul falsificari possunt; priores, si Petrus non habeat pallium, posteriorés, si nullus homo possideat equum. Ratio: quia subiectis earum hic sensus inest, *Pallium, quod nunc habet Petrus*, *Omnis equus*; quam nunc possidet homo

quislibet. Pris ergo resolvenda sunt, vt deinde contradic̄tio formetur ritu copulativarum, vt num. præced. dictum est. At, si possessio conditionaliter denotetur, vt nonnunquam sit per terminos communes, v. g. *Studio hominis labor est fructuosis*, *Cuiuslibet furiosi arma sunt timenda*; tunc formari poterit contradic̄tio ritu communi, vt experient liquidum erit.

17. Quær. 7., quæ sit contradic̄toria propositionis, Nullum intelligibile potest intelligi? Ea certè vera videtur ex terminis: & aliunde vera quoque apparet hæc affirmativa particularis, *Aiquid inintelligibile potest intelligi*; quia subiectum re ipsa intelligitur, dum significatur, vt de ipso enuntiatur aliquid; si autem intelligitur, utique potest intelligi. Resp.. Alia est intelligibilitas, quæ respondet his apprehensionibus inintelligibile, incognoscibile, & similibus, quæ licet videantur negare omnem intelligibilitatem, aliquam tamen necessario supponunt, dum aliquid obiectum re ipsa apprehendunt confusissime. Hæc dicitur intelligibilitas exercita. Alia est, quæ clarius apprehenditur per hos conceptus, *Cognoscibile, intelligibile, & similes*, diciturque intelligibilitas signata. His positis, contradictiones sunt propositiones adductæ, dummodo in eodem sensu loquuntur. Nam, si univeralis negare intendat intelligibilitatem etiam exercitam, semper est falsa, & in eodem sensu particularis affirmans semper est vera. Si autem univeralis solam neget intelligibilitatem signatam, semper vera erit; & ex adverso semper falsa, particularis eodem sensu affirmans.

18. Quær. 8. quid sentiendum de propositionibus hisce, *Petrus dis-*

distat à me, Petrus non distat à me?

Resp. Sunt contradictriae. Obijca si Petrus non existat; utraque falsificabitur: prima, ut per se patet; secunda, quia significat Petrum esse in loco mihi propinquo, quod tunc falsum est. *Resp.* Licet propinquitas loci vulgariter explicari soleat per non distantiam; non tamē necesse est, ut *Tō non distat* sic accipiatur in sensu positivo; sed propriè redditore potest sensum pure negativum, ita ut excludat locum distantem, quam afferat propinquum. Idem dico poterit in his *Petrus definit esse latro*, *Petrus non definit esse latro*; quia simul false videntur, si Petrus non fuit inquam latro. Reipsā tamen secunda vera est, dummodo *Tō non definit* pure neganter accipitur. In summā, ut alias questio-nes omittam, attente inspicendum est cuiusque propositionis sensus, & an indiget resolutione, vel expo- sitione: nec prius inter diūputandum contradictoria confundenda sunt, quam adversarius distincte explicare cogatur sensum propositionis obicu- rum, aut ambiguū. Qualiter au- tem confidenda sit oppositio in enun- tiationibus Complexis, Modalibus, & quæ propriè dicuntur Exponibili- es, inferius suis in locis aperie- mus.

Quid tenacium circa Propositiones se- met falsificantem?

Supersunt propositiones quedam, quas inextri- cabilis, & insolubiles vo- cant, in quibus ita complicatur cum falsitate veritas, ut apparent veræ, quia falsæ, & falsæ, quia veræ, con- sequenterque sibimet ipsis contradic- ent. Tales sunt quedam proposi-

tiones pure reflexæ supra se, ita ut se ipsis significant, nec aliud obice- tum habeant. Quatuor distinguuntur species quadruplices. Prima est earum, quæ propriè vocantur falsificantes, quia lemet expresse fal- sificant; idq[ue] vel immediata; vel mediata. Immediate: ut si ponatur in se reflexa oratio ista, *He- enuntiatio est falsa*. Nam si vera est, ergo vera dicit se esse falsam, atque adeò recipit falsa est. Si autem falsa est; ergo est vera, quia se falsam verè dicit. Idem erit, si quis eadē reflexione dicat, *Ego non min- tor*: nam si verum dicit; men- titur; & si fallam dicit, non men- titur. Mediata: ut si Plato dicat Socrati, *Proxima tua propositio erit vera*; & Socrates illico respon- deat, *Ultima tua propositio fuit fal- sa*. Tunc, si prior propositio fuit vera, sequitur quod etiam posterior vera est: si autem est vera posterior, cum dicat priorem fuisse falsam, prior falsi fuit, & quidem quia vera fuit. Eadem vix sequitur quod fuit vera, si falsi fuisse dicatur.

20 Secunda species est ea- rum, quæ vocantur impossibilan- tes: v.g. si ponatur oratio ista in se reflexa, *He enuntiatio est impossibilis* (ideit, impossibilis quæd verita- tem, eo sensu, quo diximus cap. I., enuntiationem vocari impossibilis ratione materiæ). Illa, inquam, oratio, si reipsa est impossibilis, est vera, & si vera est, iam non est impossibilis: simul ergo est, & non est impossibilis. Si autem reipsa non est impossibilis, sed possibilis, idem absurdum sequitur, quia eo ipso potest aliquando vera esse, & nunquam vera fieri, quia simul sit, & non sit impossibilis, ut modò vidi- mus. Vnde concluditur, eius verita- tem.

tem simul esse posibilem, & impossibilem. Tertia species est propositionum *defrumentum suum necessitatem*. V.g. *Oratio ista in se reflexa, Hac enuntiatio non est necessaria*. (id est, *necessaria quoad veritatem*;) si est necessaria, non est necessaria, quia est falsa, & nulla enuntiatio necessaria potest esse falsa. Si non est necessaria re ipsa, idem redit absurdum, quia poterit aliquando esse falsa, & tunc erit simul & non erit necessaria.

21. Quarta species est *defrumentum suam contingentiam*; cuiusmodi est oratio sequens in se reflexa, *Hac enuntiatio non est contingens* (id est, *contingens quoad veritatem*). Hac tamen non est absolute computanda inter insolubiles; quia, si dicatur vera, nulla sequitur implicatio. Solum ergo computanda est, quando aliunde supponitur re ipsa contingens: tunc enim, si vera est, destruit iam contingentiam, ut per se patet; & si falsa est, contingentiam pariter destruit; quia propositio negans de contingentia contingentiam, semper est falsa, & impossibilis, consequenterque non contingens. Vnde, quidquid eligas, erit simul & non erit contingens.

22. His addi solet pactum quoddam perplexum, quod maioris firmitatis gratia supponamus a Deo iniri cum Petro, sequenti formulâ: *Dabo tibi Gratiam, si prima, quam proficer, propositio sit vera, & aliter non dabo*. Quo posito, prima Petri propositio sit hæc, *Deus non dabit mihi Gratiam*. Si propositio ista vera est, Deus utique dabit Gratiam ex pacto; atque ita redditur eadem propositio falsa, ut potè negans dardam esse Gratiam. Si autem est

falsa, Deus iuxta pactum, non dabit Gratiam; atque ita propositio Petri, cum id ipsum enuntiet, vera redditur. Erit igitur vera, quia falsa, & falsa, quia vera; Deinde pactum violat, quia implet, & implet, quia violat.

23. Huc etiam pertinet cavillatio excitari solita circa nouuiles Sacrae Paginae textus. V.g. Regius Psalmes ait (f): *Ego dixi in excessu meo: Omnis bono mendax*. Super quâ sententiâ, en sophismâ: si David verum dicit, mentitur, ut potè unus ex omnibus, qui verè sunt mendaces: si non mentitur, falsum dicit; quia ipse homo cum sit, non est mendax. Quod idem sophisma proponit Magn. Gregorius (g) sub his terminis: *Si omnis, & tu: falsaque iam trii sententia, quoniam mendax ipse protulisti. Si vero ipse non es mendax, vera iam sententia non erit quia datus tu verax; non omnis bono cognoscitur mendax*. Similis cavillatio exsurgit circa locum Apostoli. (h), ubi ex Epimenide Poeta Cretensi refert hanc sententiam, *Cretenses semper mendaces*, additque, *testimoniorum hoc verum est*. En tibi lo phisma. Si testimonium Epimenidis verum est; ergo est falsum; quia ipse, Cretensis cum sit, iam aliquando non est mendax. Si autem est faliū, quomodo Paulus docet esse verum? Erit ergo verum, quia falsum, & falsum, quia verum.

24. Pro solvendis nodis hisce Gordianis plurima à Dialecticis per tractatus integros dicta sunt. Sed eos rumpere potius, quam solvere, placet iam communiter Recentioribus, & merito. Nam, quæ dicuntur propositiones reflexivæ, revera

(f) Psal. 115. (g) Lib. 22. Moral. cap. c. (h) Ad Tit. in cap. 1.

non sunt propositiones sed propositionum phantasmatā, sensu vacua, vel plena sensu prorsus chymerico. Probatur: quia si sensus eorum sit ille, qui prætenditur, evidenter sequitur, quod orationes eiusmodi simul sint veræ & falsæ, impossibilēs & non impossibilēs, necessariae & non necessariae, &c.: imo, quod idē sint veræ, quia falsæ, ideo impossibilēs, quia non impossibilēs, &c. Hęc autem non minus repugnatiā, & chymetria sunt, quam quod idem aer simul sit lucidus, & tenebrosus, aut idem homo simul rationalis & irrationalis, aut idē bonus, quia malus, idē prudens, quia imprudens. Adde quod alioqui ruerent illa principia, ab omnibus sanis mentibus confessa: *Omnis enuntiatio aut vera tantum est, aut falsa tantum: Impossibile est idem simul esse. Non esse: quorum primum basis est totius Dialecticæ, secundum totius Metaphysicæ.*

25. Dices: non repugnat cognitio in se reflecens, ut patet in cognitione Divinā, quæ cognoscit. Disp. Eto: non repugnat cognitio in se reflexa, sano sensu prædicta, repugnat omnino, si talem sensum habeat, qualis affingitur prædictis enuntiationibus reflexivis. Dices iterum: saltem propositiones illa vocaliter efformari possunt. Disp.: significantes obiecta à se ipsas distincta, conc. significantes se ipsas modo prætenso, neg: nullum quippe signum capax est significationis veræ simul & false, hoc est, chymerica. Hinc, quid dicit, *Ego non mentior; vel de alijs à se dictis loquitur; vel si purè reflexè loquatur, nihil significat.* Item, ea propositio Platonis ad Socratem, implicitè essentialiter excipere debet tale responsum Socratis;

aliquin, si illud etiam comprehendere intendant, nihil omnino significabit, nec proposito erit. Idem senti de pacto proposito; quod, nisi intelligatur essentialiter excipere, vel excludeat propositiones eiusmodi, nec Deo possibile est, nec quidquam significat, adeoque nec pactum, nec promissio est: non aliter, ac si diceret, *Dabo tibi Gratiam, si verè dixeris me non daturum, vel, Dabo tibi Gratiam sub conditione quod non sim daturus.*

26. Ad argutiam super sententiā Psalmographi, responsionem eruit ipse D. Gregorius (i) ex verbis illis, *Ego dixi in excessu meo, atque ita loquitor: Per excessum ergo mentis etiam se ipsum transi, cum de hominis qualitate definivit. Ac si patenter dicat: De falsitate omnium hominum, inde veram sententiam protuli, unde ego ipse super hominem in fui. Ita tantum vero ipse mendax, in quantum homo: in tantum autem omnino non mendax, in quantum per excessum mentis super hominem. Quod attiner ad sententiam Poëta Cretensis relataam ab Apostolo, ut veradicatur, non opus est Cretenses mentiri in cunctis, ita ut illis nunquam omnino veritas excidat vel per incuriam: sic enim ne diabolus quidem, mendacij pater, mentitur semper. Sufficit ergo Cretenses ut plurimum, aut ferè in omnibus mentiri: quia ratione verè dicimus passim de homine ebrio, semper in tabernaculo habitare, & de foemina imprecationibus dedicata, Dominem semper in ore habet. Brevius utaque argutia retunditur, si dicatur, aliud esse actu mentiri, aliud mendacem esse: nam mendax dicitur, qui mendacij obnoxius est, aut nimium assuetus, quavis interdum non mentiatur.*

invenimus quod est in aliis, & in aliis
quod non est in aliis, & in aliis

CAP. IV. De Propositionum Äquipollentia, & Conversione.

A Äquipollentia Propositionum est idem valor, aut eadem vis significatio-
nis, quæ mille modis contingere po-

test. In præsentि solum agitur de modo, quo propositiones Opposite, prout sicut in typo, seu tabula cap- præc. descriptâ, reddi possunt äquipollentes, præpositâ, vel postpositâ syncategorematis quantitativis particu- lâ *non*, & terminis de cætero in- variatis. Quem ad finem habeo præoculis Carmen Summulisti- cum:

Præ Contradic. Post Contra. Præ, postque Subalter.

Et sequentia: *Non omnis, quidam non : omnis non, quasi nullus.*

Non nullus, quidam : sed nullus non valet omnis.

Non aliquis, nullus : non quidam non, valet omnis.

2 *Præ Contradic* indicat, Contradicторias fieri äquipollentes, si alterutri earum, seu affirmanti, seu neganti, adveniat nova negatio, præponaturque signo quantitativo. V. g. haec sunt Contradicторia, *Omnis homo est iustus, Aliquis homo non est iustus*; si negationem præponas universali affirmativa sic, *Non omnis homo est iustus*, designat esse contradicторia, & sit äquipollens particulari negatiæ, iuxta illud, *Non omnis, quidam non*, sive *aliquis non*. Pariter particularis negans, novâ negatione præpositâ sic, *Non aliquis homo non est iustus*, sit äquipollens universali affirmanti, quia *Non quidam non* valet *omnis*. Idem eveniet, si contradicторia sint universalis negans, & particularis affirmans; quia *Non nullus, quidam*, & *Non aliquis, nullus*.

3 *Post contra* denotat, contrarias universalis, v. g. *Omnis homo est iustus, Nullus homo est iustus*, ex uere contrarietatem, & reddi äquipollentes, superveniente negatione, & postpositâ subiecto utriuslibet, sic nimirum, *Omnis homo non*, vel *Nullus homo non*. Veritas hæc liquebit consideranti, si meminerit, quod

Omnis non, quasi nullus, & Nullus non valet omnis. Demum *Præ, postque subalter* innuit, äquipollentes fieri subalternas, præpositâ simul & postpositâ negatione subiecto alterutrius. V. g. subalternæ sunt, *Omnis homo est iustus, Aliquis homo est iustus*: è quibus prima redditur äquivalens secundæ sic, *Non omnis homo non est iustus*: & secunda prima sic, *Non aliquis homo non est iustus*. Non assignatur äquipollentia subcontrariarum, quia nulla esse potest, nisi forte nimis dure; vt si hanc, *Aliquis homo est iustus*, negationibus oneres hoc modo, *Non non aliquis homo non est iustus*, vt ita äquipolleat isti, *Aliquis homo non est iustus*.

4 Hæc omnia planæ sunt ex terminis ipsis, & communii usu loquendi; nisi forte äquipollentia terminorum *Non omnis*, & *Quidam non*; quam Hercules Caramuelis operose impugnat toto labore se- cundo, contendens, terminum *Non omnis* äquipollere simul hisce duobus, *Quidam non, Quidam sic*. Probat r.: quia propter äquipollentiam duobus his terminis, sacrilegæ sunt pro-

propositiones istae, Non omnis Persona Divina est creata, Non enim dogma Fidei est errorum. scilicet quia in hoc sensu loquuntur Auctores, sacri, & prophani: ut cum ait Apostolus, Non omnes obediunt Evangelio, idest, Quidam obediunt, Quidam non: & Virgilius, Non omnes arbusta iuvant, idest, Quosdam iuvant, Quosdam non. Libenter assentior: nec aliud forsitan intendunt lammulistes quamvis vulgari suo carmine solam exhibeant significacionem termini Non omnis explicitam, quæ præcisè negativa est, quam habet tamen minus Quidam non.

Conversionis. Propositionum Conversionis est, Vnius ad alteriam per extremon transpositionem consequentia necessaria.

Simpliciter fEcI. convertitur: ExA per accid.

AfO per contrap. Sic sit. Conversio tota.

Qui versus explicantur his aliis.

Affir A, negat E: sed universaliter ambæ.

Affir I, negat O: sed particulariter ambæ.

Quorum sensus est: vocales E, & I, dictioonis fEcI, denotant, converti simpliciter propositionem univeralem negativam, & particularē affirmativam: v. g. Natus homo est Leo, ergo Natus Leo est homo: item, Aliquis homo est Sacerdos, ergo Aliquis Sacerdos est bene. Vocales E, & A, dictioonis ExA, denotant, posse converti Per accidens univeriales negativam, & affirmativam: v. g. Natus homo est Leo, ergo Aliquis Leo non est homo: Omnis homo est animal, ergo Aliquis animal est homo. Vocales A, & O, dictioonis AfO, denotant, converti posse Per contrapositionem enuntiationes univeralem affirmativam, & particularem negativam: v. g. Omnis homo est animal, ergo

Omne non animal est non homo. Aliquis homo non est albus, ergo Aliquis non album non est non homo.

Tia hæc conversionum genera docuit Aristoteles (a), ac demonstravit. Et in primis, quod univeralis negativa, & particularis affirmativa convertantur simpliciter, sensu ipse demonstrat primo aspectu: si enim nullus homo est Leo, omnis homo distinguitur ab omni Leone, consequenterque nullus Leo, est, qui cum homine identificetur; alioquin identificaretur cum extremo a se distincto, quod repugnat ex terminis. Item, si aliquis homo est Sacerdos, necesse est, aliquem Sacerdotem esse, qui cum homine identificeatur invicem. Deinde con-

(a) 1. Prior., & lib. 2. Topic. cap. 3.

Verbo per accidens enuntiationum universalium eadem ratione demonstratur. Ac deum conversio per contrapositionem, quanvis à negationibus infinitantibus reddatur obscurior, sensu tamen attente perspecto resta convincitur. Si enim omnis homo est animal, nullus est homo, qui sit non animal: ergo necesse est, ut omne non animal distinguatur ab omni homine, sitque non homo. Item, si aliquis homo non est albus, ipse aliquis est aliquid non album: ergo aliquid non album est idem cum homine: ergo non est non homo.

8 Sed not. 1.: totum prædicatum propositionis conversæ fieri debet subiectum convertentis. Vnde propositiones, Nullum Cælum est in stella, Aliquis equus est Regis, perpetram convertuntur sic, Nulla stella est in Cœlo, Aliquis Rex est equus, vel est equus: debet ergo mutari totum prædicatum hoc pacto, Nullum existens in stella est Cælum, Aliquod ens Regis est equus. Not. 2.: in Conversione retinendi debet eadem suppositio (excepta variatione quantitativâ) requiri ad Conversionem per accidens), eadem item ampliatio, restrictio, ceteraque proprietates terminorum. Vnde male sic inferes, Aliqua species est homo, ergo Aliquis homo est species; quia suppositio simplex mutatur in personale.

9 Male: itidem sic: Omne ridens est homo, ergo Aliquis homo est ridens: quia in consequenti, nisi aliquid addas, terminorum suppositio est contingens, & in antecedenti plerumque naturalis: non secus, ac si diceretur, Omnis homo ridens est homo. Ind generaliter, quoties aliquid dicitur de accidenti sibi soli proprio, seu quoties subiectum est concretum accidentale sibi prædicto conveniens, suppositio evadit ple-

rumque naturalis, & abstrahit ab existentiâ praesenti, ut cum dicitur, Omne Grammaticum est homo, quod per se sonat, ac Omne Grammaticum, quandocumque extiterit, est homo. Tunc ergo propositio convertens debet aliquâ notâ retentam indicare suppositionem conversæ, v. g. Omne ridens est homo, cuius sensus est, Omne ridens, quandocumque existit, est homo: debet conversi sic, ergo Aliquis homo est ridens; quandocumque ridens existit. Si tamen conversa supponat contingenter ex parte subiecti, inoffenso pede convertetur.

10 Præterea ex varietate ampliationis vitiola est conversio istiusmodi, Aliquis cecus est videns, ergo Aliquis, videns est cecus: nam in antecedenti ampliatur subiectum ad tempus etiam præteritum hoc sensu, Aliquis, nunc existens, qui fuit cecus: at in consequenti restringitur idem terminus ad tempus præsens. Debet ergo convertens ita formari, Aliquis videns est existens, qui fuit cecus. Ex varietate alienationis claudicat similiiter hæc conversio, Aliquis homo est mortuus, vel est pictus, ergo Aliquid mortuum, vel pictum, est homo: nam in conversâ accipitur homo per alienationem pro eo, qui fuit, & non est, cum dicitur mortuus; & pro eo, qui specie tenus est homo, cum dicitur pictus: at in convertente accipitur homo per statum. Quare servari debet idem sensus hoc pacto, Aliquid quod mortuum est, fuit homo, Aliquid pictum est homo specie tenus.

11 Quoties ergo propositio talis est, ut eius conversio fieri nequeat trito & commun modo, quin varietur acceptio terminorum, querenda phrasis, quâ sensus retineatur illæsus. Hinc propositio vera, Aliquid generans est essentia Divinitatis, non beatæ

bene convertitur sic , ergo Aliqua essentia Divina est generans , quæ falsa est . Ratio : quia in primâ Tō generans accipitur substantivè , in secundâ adiectivè , quasi diceretur ; Aliqua essentia Divina generat , seu denominatur generans . Ut igitur eadem acceptio servetur , debet conversio formari sic : Aliquid generans est essentia Divina , ergo Essentia Divina est aliquid , quod est generans , vel est id , quod est generans . Sed de his Theologi in tractatu de Divinâ Trinitate .

12 Not. 3.: propositio de verbo adiectivo indiget aliquâ resolutione , ut convertatur . Si enim dixeris , Aliquis homo currit , ergo Currit & iquis homo , non conversionem , sed repetitionem efficies . Tale itaque verbūm resolvi debet in participium , & verbum est ; videlicet , Aliquis homo currit , ergo Aliquid currens est homo : vel , quod in idem recedit , verbum adiectivum assumi debet in subiectum cum relativo , & copula principialis exprimi verbo est ; nimurūm , Aliquis homo currit , ergo Aliquid , quod currit , est homo . Not. 4.: verbum substantivum de præterito , & futuro , & equipollit verbo adiectivo (maximè cum subiectum , & prædicatum pro formaliter requirunt successionem temporis) : idem quippe valent fuit , erit , ac extitit , existit , aut quid simile . Quare in conversione propositionum de præterito , & futuro , ut citra periculum fiat , servanda est regula modò tradita pro verbis adiectivis , ut scilicet vel resolvantur in participia , vel assumantur in subiectum cum relativo .

13 Hiac illegitima est conversio hæc , Nullus puer fuit senex , ergo Nullus senex fuit puer : vt & hæc , Nullus senex erit puer , ergo Nullus puer

erit senex : nam in conversis veritas , & in convertendis falsitas deprehenditur . Vel ergo utræque prius in participium resolvida cum verbo est , hoc pacto , Nullus puer est factus senex , Nullus senex est futurus puer ; tuncque rectè convertentur sic , ergo Nullus factus senex , est puer , ergo Nullus futurus puer , est senex : vel certè verba , fuit , erit , à convertentibus assumenda in subiectum cum relativo , sic simirūm , ergo Nullus , qui fuit senex , est puer , ergo Nullus , qui erit puer , est senex .

14 Hæc doctrina multè planior , ac firmior est , quam quæ tradi solet : quod scilicet ideò propositiones illæ non convertuntur more communi , quia servari nequit eadem terminorum restrictio , & ampliatio . Pro quo supponitur , quæ ex mente Aristotelis (b) , cum verbis de præterito ampliari subiectum ad præsens , & præteritum , accipique pro eo , qui est , vel fuit ; prædicatum vero restringi ad præteritum : cum verbis autem de futuro amplè usurpari subiectum pro eo , qui est , vel erit ; & prædicatum restringi ad futurum . Vnde , si in conversione fiat commutatio subiecti in prædicatum , & è converso , terminus restrictus migrabit in amplum , & vice versa . Verum doctrina ista , si tamquam regulæ generalis statuatur , alibi à nobis impugnata est (c) : & in casu præsenti sustineri nequit . Nam proposicio illa , Nullus puer fuit senex , quæ vera censetur ab omnibus , si reddebet hunc sensum , Nullus , qui est , vel fuit puer , fuit senex , falsa foret absurdio : quia de sene quovis , v. g. de Simeone , verè dicitur , Hic , qui fuit puer , fuit senex ; consequenterque verè dicitur quoque , Hic , qui est ,

K vob

(b) s. Blenck. cap. 3. (c) Suprà disp. 5. c. 4. n. 15. § 16.

vel fuit puer, &c., cum ad huiusmodi disuactionem sufficiat veritas alterutius extremi. Idem experieris in alterā propositionē, *Nullus senex erit puer*, si subiectum accipias pro eo, qui est, vel erit senex.

15. Nec oppositum docuit Aristoteles: qui solum monet, in hoc enuntiato, sedens surgit, aut surgebat, & similibus, ambiguum esse Tō sedens, cum possit significare & eum, qui nunc sedet, & eum, qui sedebat; ac proinde opus esse distinctione, quā sensus determinaretur. Hoc verum fateor; nec in participijs duntaxat, sed in plerisque etiam nominibus connotativis, præsertim cum prædicatur forma imcompatibilis, v. g. *cœcus viser*; quæ falsa erit, si subiectum significet eum, qui est cœcus; vera autem, si significet eum, qui cœcus fuit. Cæterū hæc ambiguitas non probat ampliationem intentam: tum quia eodem modo locum habet cura verbis de præsenti: tum etiam quia vox ambigua non necessariò accipitur in propositione pro suis omnibus significatis; alioquin, dum dicitur, *Gallus est nuntius solis*, acciperetur *Gallus* pro eo, qui est homo, vel avis. Determinatur ergo vox ambigua ex circumstantijs, præsertim ex prædicato. Quodsi maneat adhuc indifferens, distinctione, vel interrogacione exploranda est intentio loquentis.

16. *Not.* 4.: cum dicatur conversio simplex competere solis universalis neganti, & particulari affirmanti, iuxta illud simpliciter *H. E. L.*: sermo est de conversione formalis, seu de consequentiâ ratione formæ, quæ in qualibet materiâ valet. Sæpe tamen conversione materiali, seu ratione materiali, simpliciter convertitur unius-

versalis affirmativa; quoties scilicet subiectum, & prædicatum eadem latitudine gaudent, ut *Omnis homo est animal rationale*, ergo *Omnis animal rationale est homo*: imo & particulares negativa, ut *Aliquis homo non est Leo*, ergo *Aliquis Leo non est homo*. Hæc tamen conversio, & consequentia non est formalis, cum non teneat in omni materia; neque enim recte inferas, *Aliquis homo non est Episcopus*, ergo *Aliquis Episcopus non est homo*. De Conversione qui plura volet, audeat PP. Conimbricenses (d), de re istâ doctè, & accurate differentes.

17. *Not. demum:* Conversio locum habet in propositionibus etiam singularibus: pro quibus sequentes regulæ traduntur. Prima: propositio de utroque extremo singulari, sive sit affirmans, sive negans, convertitur simpliciter. V. g. *Petrus est hic homo*, ergo *hic homo est Petrus*; *Petrus non est hic Leo*, ergo *hic Leo non est Petrus*. Secunda: propositio de subiecto singulari, & prædicato communi, dum est affirmativa, convertitur in particularem; dum vero negativa, tum in particularem, tum in universalē. Ex. g. *Petrus est homo*, ergo *Aliquis homo est Petrus*; *Petrus non est Leo*, ergo *Aliquis Leo non est Petrus*, vel etiam *Nullus Leo est Petrus*. Tertia: propositio, seu affirmativa, seu negativa, de prædicato singulari, & subiecto communis notâ universalitatis affecto, convertitur in terminis, sive simpliciter. Ex. g. *Omnis Persona Divina est Deus*, ergo *Deus est omnis Persona Divina*; *Nullus Angelus est hic homo*, ergo *hic homo non est nullus Angelus*; nec excluditur conversio per accidens.

18. Quarta: propositio de prædicato singulari, & subiecto com-

(d) In 1. Prior. cap. 2. quest. 1. q. 2.

comitluni indefinito, vel particulari, si affirmativa sit, convertitur etiam in terminis, ut facile quisque experietur: si vero negativa sit, non convertitur ratione formae; non enim valet, *Aliquis homo non est Petrus, eigo Petrus non est aliquis homo*. Obstacles contra secundam regulam: haec propositio, *Deus factus est homo, non recte convertitur in istam, Homo (vel Aliquis homo) factus est Deus;* quia iuxta D. Thomam (e), prior est vera, & posterior fallax. Resp.: conversio ideo recte non fit, quia non convertit totum praedicatum; nam participium *factus* ad praedicatum pertinet. Sic ergo fieri debet, ergo *factus homo*, seu qui *factus est homo, est Deus*. Eadem ratione, iuxta Aristotelem (f), haec propositio, *Lignum factum est album, (idem esto de similibus alijs)*, male convertitur sic, ergo *Album factum est lignum*: sed convertenda sic, ergo *quod factum est album, est lignum*. De quibusdam tamen propositionibus circa mysteria Trinitatis, & Incarnationis, quae possent regulis hisce negotium facilius, opportunius Theologi differunt.

CAP. V.

De Enuntiatione complexa.

CElebris divisio est Enuntiationis in Simplicem, & Complexam, five Coniunctionam, quam Aristoteles vocat (a) Coniunctione unam. Simplex est, Cuius principalis Copula est verbum Logicum, seu copula verbalis. De hac egimus hactenus per superiora capita. Complexa est, Cuius principia

Copula est nexus non verbalis, connectens ut minimis duo extrema, singularem enuntiationis simplicis habentia. Præcipua copula censetur illa, quæ principaliter intenditur, aut intenta videtur, ab enuntiante. Vnde haec enuntiatione est complexa, *Dous humilia respicit & alta à longè cognoscit;* nam qui totum hoc coniunctum profert, præcipue intendit significare utriusque extremai simultatem, quæ denotat particula &, qui nexus est non verbalis. Idcirco talis coniunctione dicitur copula principalis: quæ tamen non efficaret enuntiationem complexam, nisi extrema, quæ necrit, vim enuntiationis haberent, ut patet in hoc coniuncto, *Petrus & Paulus*. Sufficit porro, quod extrema vim, seu virtutem enuntiationis habeant, eti formaliter enuntiations non sint: vnde haec est enuntiatione complexa, *Si Sol luceret, dies esset;* quia facile reduci potest ad hanc, *Si Sol lucet, dies est, & eamdem feret* vim habet.

2 Dividitur passim Enuntiatione complexa in *Copulativam, Disjunctivam, Conditionalem, Causalem, & Rationalem*: quas inter se discernit copula uniuicique præcipua, qualiter exhibent eodem ordine particula sequentes, *Et, Vel, Si, Quia, Ergo, Brevius, & immediatus* dividit posset in *Categoricam, & Hypotheticam*: ac deinde complexa categorica subdividi in *Copulativam, & Disjunctivam*; *Hypothetica vero, in Conditionalem, Causalem, & Rationalem*; quæ tres, quia unum enuntiant ex suppositione, vel sub conditione positionis alterius, propriè vocantur *Hypothetica*. Nam Graeca vox *Hypothesis*, Latinè est *suppositio, vel conditio*. Vox autem

K 2. Ca-

(e) 3.p.q.16.ar.7.præfertim ad 4. (f) 1.Poster.cap.18. (a) 1.Perib.cap.4.

Categorica perinde sonat, ac *absolutè predicativa*; convenitque, tum cuius Enuntiationi simplici, tum duabus illis complexis prime, & secundæ speciei, præsertim Copulativæ. Idèo categoricè loqui vulgo dicitur, quicumque sine suppositionibus, aut conditionibus enuntiat. Sed vñ Schola tritissimo, quem evellere frustà coneris, omnis, & sola proposi-
tio simplex vocatur *Categorica*, vt & omnis complexa dicitur *Hypobetica*.

3. Forma Enuntiationis complexæ communiter dicitur esse Copula principalis, seu particula complexiva. Rectè quidem, si forma accipiatur pro charactere, quo propositiones complexæ discernuntur inter se, & à simplicibus. Forma tamen, quæ orationem constituit in esse artefacti complexi enuntiativi, non est sola coniunctio vel v.g., sed simul cum copulâ verbali vtriusque extremi: si enim verbalis copula auferatur ab hoc artefacto, Petrus est doctus, vel Paulus est indoctus, manebit quidem oratio complexa, Petrus doctus, vel Paulus indoctus, sed non manebit enuntiativa. Integratur ergo forma Enuntiationis complexæ ex vtrâque copulâ verbali, & ex nexus præcipuo non verbali. Hinc materia ex qua propositionis complexæ, sunt termini, quibus constat vtraque simplex. Materia circa quam eadem est, quæ simplicium, ex quibus complexa constituitur, & ex quibus etiam desumitur quantitas, & qualitas Enuntiationis complexæ. Sed hæc expli-
cabuntur singillatim.

De Copulativa.

4. Complexa Copulativa dicitur, Cuius præcipua copula est coniunctio, & nec atque, aliavè similis: vt Petrus docet, & Paulus dicit. Si

nullam negationem includat, erit omnino affirmativa. Si præcipua copula negatione afficiatur, erit absolute negativa, etiamsi vtrâque simplex affirmativa sit, v. g. Non Petrus docet, & Paulus dicit. Si vero vtrâque simplex sit negativa, copula tamen præcipua non afficiatur negatione, v. g. Petrus non docet, & Paulus non dicit, absolute censetur affirmativa: quia denominatio affirmantis, aut negantis sumitur à copulâ principali; nec aliâ de causa proposi-
tio hæc, Petrus, qui non currit, dis-
putat, ab omnibus affirmativa dicitur. Obijc.: p. opositio contingens affirmativa, verificari nequit de sub-
iecto non existente; sed propositio illa, vtique contingens, Petrus non docet, & Paulus non dicit, verificatur de Petro & Paulo non existentibus: ergo non est affirmativa. Resp.: Maior non est vera, si comprehendat omnes affirmativas complexas: hæc quippe, licet ex proprio charactere, seu propriâ copulâ, sint affirmantes, si tamen componantur ex simplicibus negativis, participare possunt privilegia suarum partium, & earum merito verificari de subiectis non existentibus. Id quod etiam competit nonnullis categoricis, huic v. g. Antichristus, qui non existit, est homo, quæ, licet affirmans, & contingens, verificatur de subiecto non existente.

5. Copulativa, quæ ratione Copulæ principalis affirmativa est, erit falsa, si vel una ex simplicibus falsa sit, v. g. Homo est animal, & Angelus est Lapis. Quare, vt vera sit, postulat simultaneam veritatem omnium simplicium, quibus constat. Erit item necessaria, si vtraque simplex necessaria sit, vt Deus est sum-
mum bonum, & peccatum est summum

malum. Erit *impossibilis*, si vtraque, vel altera simplex sit impossibilis; atque etiam, si componatur ex contingentibus inter se cōtradicitorij, aut contrarij, vt. *Petrus currit*, *et non currit*, *Petrus est iustus*, *et Nullus homo est iustus*. Erit *contingens*, si ex simplicibus, inter se non oppositis in veritate, vtraque, vel altera sit contingens, & neutra impossibilis. Quodsi Copulativa sit negans ratione copulari principalis, erit vera, si vel vnum, vel utrumque extreum re ipsa deficiat: hæc enim v. g., *Non est Petrus currit*, *et Paulus sedet*, negat actu coniungi utrumque extreum: duorum autem coniunctio verè negatur, quando vel vnum deest. Sed cum in omni genere enuntiationis complexa negativa semper contradictoria sit affirmativa, Regula generalis est pro Copulativâ, & reliquis: vt quoties affirmativa est falsa, negativa sit vera, & è converso: item, quoties affirmativa est necessaria, negativa sit impossibilis, & vice versa: ac demum, vel neutra, vel vtraque sit contingens.

Sunt, quibus displicet, ut Copulativa dicatur enuntiatio *vna*. Sed vero, licet non sit *vna* simpliciter, non est cur negemus esse *coniunctione vnam*, ut loquitur cum Aristotele D. Thomas (b), ita v mens uno impetu enuntiet, non modo singula extrema, sed etiam utriusque similitatem, quam denotat coniunctio *et*. Objic: in Copulativa solet *vna* pars concedi, & altera negari: ergo, qui censetur esse enuntiatio, non *vna*, sed duplex: si enim censeretur *vna*, deberet absolute negari propter cuiusvis partis falsitatem. Resp: posset quidem Copulativa absolute negari, cum vel *vna* pars falsa est: sed quia simul indicate-

volumus; unde proveniat falsitas, ideo tunc negatur altera pars, conciliata altera: quia ad medium dicenti, *Quatuor homines currunt*, responderi solet, *Nego quoad duos*; quin ideo talis propostio ceasatur non vna formaliter.

7 Replic: si Copulativa est absolute falsa, quando falsa est altera pars, & altera vera, sequitur, quod totius enuntiationis falsitas componitur ex veritate, & falsitate; quod implicat. Resp: Copulativa tunc dicitur absolute falsa; quia, ut fert communis paræmia, *Malum ex quocumque defectu*, & *Bonum ex integrâ causa*; quia ad modum falso dicitur, *Omnis homo currit*, quando vel unus sedet, currentibus ceteris. Sed hinc non sequitur, quod falsitas ex veritate constituitur, sed quod falsitas unius partis refundat denominationem in totum. Sic statua perfectio capite, & imperfectis cruribus, absolute dicitur imperfecta; nec ideo datur imperfectio composta ex perfectione.

8 Sunt ex adverso, qui velint, Copulativam adeo esse unam, ut non sit complexa, sed categorica, id est, simplex: quia hæc v. g., *Hic homo currit*, *et ille currit*, idem valet, ac ista, *Vterique currit*, vel, *utriusque cursus coexistit*, vbi sensus est categoricus. Sed, ut iam alibi (c) notavimus, æquivalentia sensus non est identitas formalis, nec probat, propositiones esse eiusdem generis, cum possint differre plurimum in formâ, & modo significandi. Sic iuxta omnes hæc propostio, *Quia homo lethali ser peccat*, *Gratiam amittit*, est complexa, licet æquivalenter reducatur ad hanc categoriam, & simplicem, *Lethale peccatione*.

causat in homine iacturam Gratiae. Copulativa igitur enuntiat quidem coexistentiam, seu coniunctionem obiectorum utriusque partis; at non illam enuntiat per copulam formaliter & explicitè prædicativam, vi cuius coniunctio prædictetur formaliter de utroque obiecto, ut sit in illâ categoricâ, *Vterque coexistit*. Solùm ergo coniunctionem obiectorum enuntiat per copulam virtualiter, & implicitè prædicativam, qualis est particula *et*. Hic autem diversus enuntiandi modus efficit enuntiations diversi generis.

De Disjunctiva.

9. Complexa Disjunctiva est, *Cuius precipua copula est particula, vel, aut, aliavè sensu similis*: ut illa, quam dixisse fertur Dionysius Areopagita, cum videret tenebras in Passione Domini factas, *Aut Deus natura patitur, aut mundi machina dissolvitur*. Nulla Disjunctiva censetur absolutè negans, quamvis utraqù simplex negativa sit, nisi negatio præponatur. Copulae principali ab ipso propositionis initio, v. g. *Non aut Deus natura patitur, aut mundi, &c.*; ut suprà de Copulativa dictum est.

10. Ad veritatem Disjunctiva affirmantis sufficit, quod altera utra simplex vera sit, quantumlibet altera sit falsa, & impossibilis; ut ex ipso loquendi vsu notum est. Unde & erit necessaria, si altera ex simplicibus necessaria sit, necnon si componatur ex contingentibus inter se contradictorijs, aut subcontrarijs; v. g. *Petrus currit, vel non currit*. Erit impossibilis, si utraqù simplex impossibilis etiam sit. Erit contingens, si altera saltē ex simplicibus sit contingens, & altera nec sit necessaria,

nec alteri contradictoria; aut subcontraria: v. g. *Petrus est doctus, vel Paulus est indoctus*. Disjunctiva negans semper est contradictoria affirmantis, ex cuius proinde comparatione discerenda est negantis veritas, aut falsitas, itenque necessitas, impossibilitas, & contingentia, ut notavimus num. 5.

11. Sed dubium est, an veritas Disjunctiva affirmantis stare possit, quando utraqù simplex vera est. V. g. an vigilante Petro, & dormiente Paulo, verè dicatur, *Petrus vigilat, vel Paulus dormit*? Multi negant. 1. : quia negat etiam expresse D. Thomas Opusc. 48. (d'), eademque videtur faisse veterum sententia. 2. quia falsò diceretur, vel *Pater est Deus, vel Filius est Deus*, non alià ratione, nisi quia utrumque verum est. 3. : quia sicut particula *et* signatè coniungit obiecta, ita particula *vel* signatè disiungit: ergo, sicut prima verificari nequit, nisi detur obiectiva coniunctio utriusque extremi, ita secunda verificari non poterit, nisi detur obiectiva disiunctio, seu divisio extermorum, quorum alteram fine altero existat.

12. Nihilominus communis sententia in omni Scholâ distinguit in copulâ disjunctivâ duplē causam, alterum *exclusivum*, alterum *permisivum*. Prior efficitur, quando hæc v. g. *Petrus aut est Musicus, aut est Logicus*, ex intentione dicentis æquivalere huic, *aut est tantum Musicus, aut est Logicus tantum*. Quo sensu maxime vtimur, cum de extremis incompossibilibus disjunctivè loquamur, ut cum dicimus, *Quodlibet est, vel non est*; quod idem significat, ac *Impossibile est idem simul esse* *& non esse*.

esse. Posterior sensus efficitur, quoties intentio dicentis est, ut alterum saltem extrellum existat, quidquid sit de altero; vt si predictam propositionem sic interpreteris, Quidquid sit an Petrus simul sit Musicus & Logicus, saltem aut est Musicus, aut est Logicus. Hunc sensum esse disiunctioni congruentem, patet ex his enuntiatis; Petrus aut est Sacerdos, aut est Diaconus; Religiosus hic aut bonus est, aut esse debet; Diversus hic aut prae-dium emit, aut munmos haber, quibus emere posuit; quæ nemo intelligit in sensu exclusivo; immo si duo priora sic intelligenterunt, nunquam possent verificari ratione primæ partis, quod est à communi sensu alienum.

13. Quod autem eadem significatio permisiva, quoties sermo est de extremis sociabilibus, usitatissima sit apud Dialecticos, constat ex multis regulis, paßim in Dialecticâ receptis, quæ sape fallerent, si propositio disiunctiva non permetteret simultaneam veritatem extre-morum. Recolatur in specimen regula Descensus disiunctivi (e), qua docemur, ex enuntiatione particuli-
lari rectè deduci complexam disiunctivam. Quæ regula proculdubio fal-leret, si v. g. ex hac particulari, Ali-quis homo est animal, inferas, ergo hic homo est animal, vel ille homo est animal, &c.: sequeretur enim ex Ante-cedenti vero Consequens falsum; quod omnino repugnat. Nec obstant argumenta contraria. Ad i.: illud. Opusculum inter incerta D. Thomæ notatur in Editione Romana iussu S. Pij V. dispositâ. Sed qui cumque sit Auctor, exponi potest de Disiunctivâ, non qualicumque, sed efficiente sensum exclusivum.

(e) Vid. supra disp. 5. cap. 2. num. 15.

14. Ad 2. propositio illa non foret falsa, sed absonta: quia is loquendi modus indicat dubitacionem de veritate utriusque extremitatis. In rebus autem fide certis, non solum nefas est negare, sed etiam dubiè loqui. Ad 3. & 4. nec: ita particula vel signata disiungit positive, aut exclusivè semper, neg. & disiungit nonnunquam exclusivè, & sape non nisi permisivo, aut preciso, conc. Ante., & sub eadem distinctione conc., vel neg. Conseq. Dum sermo est de extremis inter se non pugnantibus, particula vel non significat obiectivam separationem extreborum, sed totam propositionem determinat ad talem modum tendendi, qui contentus sit alterutro extremo, & praescindat à coniunctione cum altero, permittatque, vt aliunde separari possint, aut coniungi. Non aliter ac, cum dicitur, Aliquis homo currit, unus ex hominibus currit, nec prohibetur, nec exigitur, vt duo, sive etiam omnes currant. Itaque: particula, &c., ac vel, solam habent oppositionem subalternam, sicut Omnis, & Aliquis, aut Utique, & Alter.

De Conditionali. Inter propositiones propriæ hypotheticas prima est Conditionalis, illa scilicet, Cuius prae-pusa copula est particula Si: v. g. Si Sol luet, dies est. Extremum substantans particula Si, vocatur hypothesis, sive conditio: alterum vero extrellum appellatur conditionatum. Sic in adducto exemplo Td. Sol luet est conditio: Td. dies est, conditionatum. Propositio Conditionalis in quatuor membra dividitur, nempe in Illativam, Infusivam, Mixtam ex his, & pure Coniunctivam. Brevius ab alijs dividitur in Illativam, & Enuntiavam, quo

quo posteriori membro comprehēnditur, quæcumque illativa non est. Illa tamen divisio quadrimerabris aptior videtur, & clarior.

16 *Illativa* ergo dicitur, *In qua conditio connectitur cum conditionato*: v. g. *Si ridet, est homo*; si datur unio, dantur extremi. In his conditio vocatur *Antecedens*; conditionatum vero *Consequens*. *Influxiva*, quæ & *Causalis* appellatur, est, *In qua conditio conductit ad positionem conditionati*, tamquam illius causa, vel requisitum ex parte causa: v. g. *Si Petrus vocetur auxilio A, converteretur*; si eger hic vocare *Medicum*, sanaretur. *Mixta* dicitur, *In qua conditio est causa conditionati*, & cum eo connectitur: v. g. *Sol alius creabitur, si Deus illum creare decernat*. Hec porrò connexionio dicitur *metaphysica*, dum est omnino insfrustrabilis, ut in proximo exemplo: dicitur *physica*, sive *ex natura rei*, dum sine miraculo frustrari non potest, vt *Si detur ignis, datur calor*: dicitur *moralis*, dum non frustratur nisi raro, & difficulter, vt *si master est, diligit filium*. Denique purè *Coniunctiva* est, *In qua enuntiatur positio conditionati pro casu existentiæ conditionis*, quin hæc importet connexionem, nec conducentiam: v. g. *Si Petrus sit albus, erit dives*; *Si Papa cantes, Turca dormiet*. His additur *Promissiva*, vt *Si viceris, coronabo te*. Sed hæc reducitur, nunc ad *Causalē*, nunc ad purè *Coniunctivam*, prout fuerit hypothēsis.

17 Thomistæ communiter nullam Conditionalem veram agnoscunt, quæ non sit *Illativa*, saltem extrinsecè ex Divino decreto subiectivè absoluto, & obiectivè

conditionato, quod infallibiliter aliget extrinsecè conditionem, & conditionatum. Sed Conditionales, saltem de hypothēsi coaducente, eti non illativas, posse veras esse, tuentur omnes Schola nostræ Doctores, quibus aperte faverit Sapientissimus Magister Soto (f), de Conditionali promissivâ differens. Imè & purè *Coniunctivam* (quam vocant *disparatam*, seu de conditione *disparata*) veram esse posse, quamquam nos lateat, quando locutio sit vera, quando falsa, folique Deo notum sit; tenet communior in Scholâ nostrâ sententia cum Eximio Doctora (g): eo quod eiusmodi Conditionalis nullam affirmet illationem, connexionem; sed meram coniunctionem, aut coexistentiam extermorum, undcumque proveniat. Perinde enim sonat, *Si Petrus sit albus, erit dives*, ac *Si Petrus albus sit, eodem tempore continget ut sit dives*. Nec verè negaveris, sensum hic esse conditionalem: nihil enim absolutè asseritur, aut in esse ponitur. Sed fuisus ista Theologici in Tract. de Scientiâ Dei.

18 Modò *Not. 1.* : nulla Conditionalis est negativa, nisi negotio immediatè præfigatur particula *Si*, vt fatentur omnes (h). *Not. 2.* : Conditionalis affirmans, vt vera sit, nullius extermi absolutam existentiam requirit. Hinc est proloquium illud: *Conditionalis nihil ponit in esse*: id est, veritas conditionalis nihil postulat in statu existentiaz absolute. Itaque ad veritatem *Illativa* sufficit bonitas consequentiaz ab hypothēsi apprehensâ ad conditionatum, etiam si neutrum extermum sit absolute possibile: v. g. *Si Leo est*

(f) *In Summul. Lib. 3. cap. 8. Lct. 3. Not. 1.* (g) *Opusc. de Scient. futur. conting. Lib. 2. cap. 6. n. 4.* (h) *V. D. Thom. 1. Perib. Lct. 8.*

bomo , est rationalis ; Si Homo volat , habet alas. Quoties autem deest bonitas illationis , falsa est Conditionalis in sensu illativo , etiam si consequens verum sit , vt Si Petrus est animal , est homo. Ad veritatem Conditionalis Enuntiativa , seu non illa sit sufficit , & requiritur , quod re ipsa ponendum esset conditionatum pro casu existentiae hypothesis , et si neutrum sit unquam extiturum. Idem dicendum de Conditionali Promissiva , propriè , ac directè sumptâ , quatenus liquid enuntiat re ipsa futurum sub hypothesis. Si tamen accipiatur ut significans promissionem praesentem , ab istius existentiâ praesenti pender , quod vera sit , aut falsa.

19 Not. 3. : Conditionalis illativa , in eo genere , seu gradu , quo illativa est , nunquam est contingens : sed , si vera est , erit necessaria ; si falsa , erit impossibilis. At , quæ non est illativa , plerunque est contingens. Erit tamen impossibilis , si conditionatum sit conditioni oppositum , vel aliunde repugnet , vt , Si Petrus sedet , ambulat ; vel , Si Homo est animal , Leo est lapis. Poterit etiam esse necessaria , si conditionatum cum conditione non pugnet , & aliunde sit necessarium , vt Si Sol lucet , homo est animal. Not. 4. : Conditionali neganti tribuenda sunt hæc omnia per oppositum affirmantis , cui semper est contradicitoria.

De Causali , & Rationali.

20 Causalis hypothetica est , Cuius præcipua copula est particula Quia : v. g. Quia Petrus est rationalis , est admirativus. Hæc continet ut minimum duas categoricas : quarum ea , cui apponitur Tò Quia , dicitur Antecedens ; altera , Consequens. Ut vera sit , tria requirit : primum

vt utraque categorica sit absolute vere : secundum , vt Consequens bene inferatur ex Antecedenti : tertium , vt inferatur tamquam ex eiusa , vel ratione cur. Horum quolibet deficiente , propositio est falsa , vt hæc , Quia Petrus est animal , est homo. Hinc Causalis stricta numquam est contingens : sed , si est vera , est necessaria ; si falsa , impossibilis. Hinc etiam regula communis est , quod ex Causali verâ sequitur universalis simplex : v. g. ex hac , Quia Petrus est rationalis , est admirativus ; rectè sequitur , Ergo Omne rationale est admirativum.

21 Sed nota , non semper tam strictè accipi Tò Quia. Sæpe enim non denotat causam necessariè connexam cum effectu , sed motivum ex se conducens , indifferens tamen , & ex alienâ determinatione coniunctum cum effectu , vt Petrus obtinet Cathedram , quia dignus est. Sæpe etiam denotat conditionem sine qua non , quæ tamen sola non sufficit : sæpe non nisi causam removentem prohibens , vt Quia Petrus non resistit , occisus est. His autem in casibus propositio Causalis poterit esse contingens , vt quisque videt : non enim affirmat necessariam illationem viuis ex alio , sed contingentem consecutionem de facto. Adde quod nonnumquam locutione causali denotatur ratio à posteriori. Nota insuper , Causalem non reddi negativam , nisi negatio præfigatur particulæ Quia , tuncque iura omnia affirmativa opposita servarie.

22 Rationalis demum hypothetica dicitur , Cuius præcipua copula est particula Ergo , vel Igitur : v. g. Sol lucet , ergo dies est. Hæc , ut vera sit , particulariter veriusque partis veritatem , atque quam ut secunda

legitimum sequatur ex primâ , vnde cumque inter se connectantur ; vt Petrus rideat , ergo est homo . Verum , quæ dicitur propositio Rationalis , reverâ non est propositio una , sed duplex , cum sit formaliter Argumentatio ; nec ad secundam intellectus operationem pertinet , sed ad tertiam . Aliud est in hypotheticis præcedentibus ; quæ , licet contineant discursum virtualem , tamen ad secundam operationem spectant , quia non servant ritum , & formam Argumentationis . Idecò quidquid de Rationali dicendum superest , ad sequentem Disput. remittimus .

Oppositorum Propositionum Complexarum.

23. Inter propositiones Complexas nulla Oppositorum *formalis* , seu de *forma* , reperitur , nisi Contradictoria . Ratio est : quia Oppositorum *de forma* versari debet inter affirmativam , & negativam eiusdem generis . At Complexa negativa semper est affirmativa contradictionis . Nam , vt suprà ostendimus , non est negativa , nisi negatio afficiat copulam principalem : tunc autem præcisè negat id , quod sufficit , & requiritur , vt affirmativa falsificetur pro omni eventu ; quæ propria est contradictionis mensura . Explicatur in singulis . Huic Copulativa affirmanti , Petrus currit , & Paulus sedet , contradicit hæc negans , Non & Petrus currit , & Paulus sedet ; quia præcisè negat utriusque obiecti coniunctionem , ex qua penderet pro omni eventu veritas , aut falsitas affirmantis . Huic item Disiunctiva , Petrus currit , vel Paulus sedet , contradicit hæc , Non vel Petrus currit , vel Paulus sedet ; quia ne unum quidem ex ijs obiectis esse permittit , prout affirmantis veritas exposcit . Nec te moveat , quod

in negativis iterantur particulae , *Et* , ac *Vel* . Hæc enim iteratio non variat sensum , etiam in affirmativis , cum sepe in eis exprimatur , & forte eleganterius ; immo , dum non exprimitur , subintelligitur . In negativis autem expressa iteratio necessaria est , ne particula non (quæ congruo sensu collocari nequit in medio) putetur infinitare primum terminum , aut solam negare primam categoriam .

24. Præterea in Conditionali negativâ , vt *Non si Sol lucet , dies est* , *Non si Petrus existat , erit doctus* , solùm negatur sub hypothesi illatio , sive coniunctio conditionati , vnde tota penderet veritas affirmantis . Pariter Causalîs hæc , *Non quia Sol lucet , dies est* , vaicè negat , quod lux Solis de facto sit causa dei : quia negatio si vera sit , non poterit non esse falsa Causalîs affirmans , & è converso . Debet autem in his negatio poni in fronte totius hypothetica cum copulâ , ne alioqui prior categórica videatur tamquam vera supponi . Unde si dicas v.g. , *Die est , non quia Sol lucet* , non efficies contradictionem affirmantis : quia utraque , noctu prolata , simul erit falsa . Huc facit regula illa Diakîtica , *Nen si melius contradicere , quam si toti propositioni præponatur negatio* : quæ regula , cum non semper teneat in Categoricis , constanter valet in Complexis . Obijc . : negatio posita in fronte , excludit distributivè singulas partes hypothetica : est enim , vt aiunt , malignantis naturæ , & quidquid post se invenit , destruit . Quod si ita sit , non dabitur contradictionis inter affirmantem , & negantem : hæc enim est falsa , *Quia Petrus est albus , est doctus* ; & hæc simul falsa esse poterit , *Non quia Petrus est albus , est doc-*

dicitur, si neget tria-hæc singillatum,
Petrum esse album, esse doctum, &
albedinem esse causam doctrinae.

25 *Resp.*: quod de malig-
nante negationis naturâ dicitur, ve-
rum est, quando negatio dirigitur
ad copulam verbalem: tunc enim &
principale significatum verbi, &
totum prædicatum adiunctum, si
capax sit distributionis, negatio des-
truit, sive negat distributivæ. Cate-
rûm, quando immediate afficit alios
terminos, aut syncategorematâ, vim
suam non diffundit ad reliqua: ut
patet, quoties subiectum immediate
afficitur particulâ non, v. g. *Non ho-*
mo currit, ubi solus infinitatur ter-
minus homo, quin proposicio fiat ne-
gativa. Sic ergo, dum negatio præ-
ponitur particulis *Et*, *Vel*, *Si*, *Quia*,
tantummodo removet significatum
ipolarum: reliquas autem partes
Enuntiationis hypotheticæ, præcisi-
vè respicit, nisi quantum opus est
ad præcipiæ copulae falsita-
tem.

26 Quod spectat oppositionem *de lege*, poterit illa reperiri
inter Complexas, quæ ratione præ-
cipiæ copulae sunt affirmantes, cum
modo altera constet categoricis affir-
mativis, altera negativis. Quod ut
noveris, accipe sequentia documen-
ta. 1.: datur oppositio contraria inter
Copulativas, quarum in alterâ nega-
tur verumque, vel alterum extre-
num, quod affirmatur in alterâ: v.
g. *Petrus sedet*, & *disputat*, *Petrus non*
sedet, & *non disputat*, vel etiam *se-*
det, & *non disputat*. Hæc quippe in
veritate pugnant, non in falsitate. 2.:
Inter Disiunctivas eadem contrapo-
sitio formata; datur oppositio
subcontraria: v. g. *Petrus sedet*, *vel*
disputat, *Petrus non sedet*, *vel non dispu-*

tat. Pugnant enim in solâ falsi-
tate.

27 3.: inter Copulativam,
& Disiunctivam, nullâ negatione
dissententes, datur oppositio subalter-
na. Si autem utriusque extremi ne-
gatione dissident, ita ut extrema
vnius contradicant extremis alterius,
oppoñuntur contradictoræ. Huic
itaque, *Petrus sedet*, & *disputat*, hæc
respondet subalternâ, *Petrus sedet*,
vel disputat; & hæc contradictoria,
Petrus non sedet, *vel non disputat*.
Ratio: quia coniunctiones *Et*, ac
Vel, invicem comparantur tantum
signa universale, & particulare, eo
fere modo, quo *Omnis*, & *Aliquis*,
aut *Uterque*, & *Aterci*. 4.: Conditiona-
les, quæ sub eâdem hypothesi,
altera conditionatum affirmat, altera
negat, sunt contraria, si reddant sensum
illativum: si vero purè coniunc-
tivum, sunt contradictoræ: v. g.
Si Petrus est dives, *est doctus*; *Si Pe-*
trus est dives, *non est doctus*. 5.: Cau-
sales, simili contrapositione formatæ,
contraria sunt: vt, *Quia est Logicus*,
est musicus; *Quia est Logicus*, *non est*
musicus; quæ nūquam simul
veræ, falso tamen simul esse pos-
sunt.

Notanda: quædam:

28 Ad extrellum *Nor.* 1.:
propositiones Complexæ, quæ vo-
cant temporales, & locales, & alias
idgenus, ut cum dicitur, *Quando*
Petrus docet, *Paulus audit*, *Ubi Rex est*,
ibi sunt ministri, regulariter ad Co-
pulativas reducentur: reddunt enim
hunc sensum, *Eodem tempore Petrus*
dicit, & *Paulus audit*, *Eodem loco*
Rex, &c. Nūquam tamen ab
existentiâ præscindunt, redduntque
sensum conditionalem. Ad Copula-
tivas etiam revocantur *Adversative*,
vt *Iustus à Mondo despiciatur*, *sed à*
Deo.

Deo honoratur: item, quæ comparationem continent, ut Quatis est Princeps, talis fere est populus. Not. 2.: propositiones de Relativo Qui Quod Quod, cum resolvantur in Copulativas modo dicto Dilp. 5. cap. 3. à n. 15., easdem subeunt leges Oppositiōnis. Hæc v. g. Petrus, qui est doctus, disputat, ita resolvitur, Petrus est doctus, & ipse disputat: quare contradic̄toria illius erit, Non est Petrus est doctus, & ipse disputat; aut etiam, Petrus vel non est doctus, vel non disputat.

29. *Not. 3., quatenus consequentia valeat inter Hypotheticas, tive Complexas, hæc terus explicatas. In primis rectè arguitur à Copulativâ ad Disiunctivam in affirmantibus: comparantur enim ut Subalternans, & Subalternata. Vnde bene inseritur, Petrus currit, & loquitur, ergo vel currit, vel loquitur. In negativis è converso rectè arguitur à Disiunctivâ ad Copulativam; quia comparantur, ut Non aliquid, & Nullus. Deinde, à Causalī affirmativâ legitimè arguitur ad Copulativam, Disiunctivam, & Conditionalem: Causalī enim continet quidquid ad earum veritatem requiritur, & amplius. Præterea, ex Conditionalī rectè deducitur Disiunctiva cum negatione solius hypothesis: ut Si Sol lucet, dies est, ergo vel dies est, vel Sol non lucet: atque etiam conditionalis alia de extremis formaliter oppositis, quorum sic mutet vi-ces, ut conditionatum fiat hypothesis, & è converso, scilicet, Ergo si dies non est, Sol non lucet. Postremo, à Copulativâ rite arguitur ad quamlibet eius partem determinatē, sed non è converso, ut per se pater. Idem intellige de Causalī. At in Disiunctivâ ex veritate cuiuslibet partis inseritur veritas totius. Enun-*

tiationis, non tamen vice versa. Not. demum, Enuntiationibus Complexis non convenire Conversionem, nisi ratione Simplicium, quibus consistant.

CAP. VI.

De Exunntiatione Exponibili.

1. Propositionibus Complexis affines sunt Exponibilis, ita dicta, quia ratione cuiusdam additii, obscurum sensum importantis, indigent expositione. Fit autem hoc expositio per clariores alias propositiones, quæ dicuntur Exponentes, è quibus conficitur propositio Complexa, quam virtualiter continet Exponibilis. Missis alijs, vel quia per se facilimè sunt, vel quia ad alias pertinet facultates, triplex in praesenti species consuevit exponi. Prima dicitur Exclusiva, secunda Exscriptiva, tertia Reduplicativa.

De Exclusiva.

2. Propositio Exclusiva est, quæ constat signo exclusivo, ut tantum, duntaxat, solum, & similibus: quæ signa, si pertineant ad prædicatum, ut Petrus est tantum Logicus, efficiunt propositionem de extremo excluso, & à subiecto excludunt cetera omnia prædicata eiusdem generis. Quare dicta propositio sic exponitur, Petrus est Logicus, & nullus aliam artem fecit. Si vero exclusio ponatur ex parte subiecti, efficit Enuntiationem propriè Exclusivam, quæ potest esse quadruplex. Prima, quæ nec exclusionem, nec verbum neget, ut Tantum Petrus est Logicus: quæ sic exponitur, Petrus est Logicus, & nullus alius ab eo est Logicus. Secunda, in quā negatio afficiat signum exclusivum, ut Non tantum Petrus es-

Logicus : quæ debet exponit sic , Petrus est *Logicus* , & aliquis alius eisam est *Logicus*. Tertia , quæ solum verbum neget , vt *Tantum Petrus non est Logicus* : quæ exponitur sic , Petrus non est *Logicus* , & ceteri omnes sunt *Logici*. Quarta , quæ & exclusionem , & verbum neget , vt *Non tantum Petrus non est Logicus* : quæ exponitur hoc pacto , Petrus non est *Logicus* , & aliquis alius ab eo non est *Logicus*.

3. Ex his vides 1., expositionem *Exclusivæ* semper fieri per Copulativam , cuius prior Categorica sit ipsamet Exponibilis , detracto signo exclusivo cum suâ negatione (si detur) , de cætero invalidata manens : atque hæc dicitur propositio *Praiacens* ; posterior autem categorica vocatur *secunda Exponens*. Vides 2., hanc secundam Exponentem variari penes quantitatem , & negationem in quatuor speciebus nunc enumeratis. Nam in primâ est universalis negativa : in secundâ , particularis affirmativa : in tertiat , universalis affirmativa : in quartâ , particularis negativa. Scio , plures Summulistas longè aliter sentire quoad secundam , & quartam. Aiunt enim , hanc v. g. *Non tantum homo est vivens* , exponendam esse per Disjunctivam , cuius *Praiacens* sit universalis negativa , & *secunda Exponens* particularis affirmativa , sic nimirum , *Nulus homo est vivens* , vel aliquid aliud ab homine est vivens. Aiunt item , hanc v. g. *Non tantum homo non est vivens* , exponendam quoque disjunctivè , ita ut *Praiacens* sit affirmativa universalis , & altera *Exponens* negativa particularis , videlicet , *Omnis homo est vivens* , vel aliquid aliud ab homine non est vivens.

4. Hinc prædictis quatuor

Exclusivæ speciebus varium genus oppositionis accommodant. Nam primam , & secundam contradictorias dicunt , sicut tertiam , & quartam inter se : primam , & tertiam Contrarias : secundam & quartam Subcontrarias , &c. Tabulas etiam efformant , variaque Dictiones , memoriae mandandas , proponunt. Sed verò , nec res ipsa videtur tantâ confusione , tædioque digna ; nec expostio illa disjunctiva villatenus admittenda est , vt potè contrâ communem hominum apprehensionem (2). Quis non horreat , vt sacrilegè fallias , propositiones istas , *Non tantum Deus* , vel *non solus Deus est mendax* , *Non soli Evangelistæ mentiuntur* , *Non solus Deus non est sanctus* , *Non sola virtus non est bona* , & alias huiusmodi? Et tamen vera forent , si disjunctivè exponerentur iuxta numerum præced. , vt considerant patebit. Quis item credat , per hoc enuntiatum , *Non tantum diabolus est in inferno* ; determinatè non affirmari , vel supponi , quod diabolus in inferno sit ; sed potius id negari disjunctivè? Aut etiam per hoc , *Non solus diabolus non est sanctus* , disjunctivè affirmari , quod diabolus sanctus sit?

5. Rectius ergo dixeris , omni *Exclusivæ* deberi copulativam expositionem , prout superâ explicuimus. Vnde hæc , *Non tantum homo est vivens* , non est negativa , vt volunt idem Summulisti ; affirmat enim , hominem esse viventem , & insuper aliquid aliud esse vivens. Imò magis est affirmativa , quam hæc , *Tantum homo est vivens* , vt ex triuque expositione constat. Dices : negatio posita in fronte propositionis , totum negat , & quidquid post se invenit , destruit. Rsp. Doctrina ista,

(2) Vid P. Hurtad. disp. 4. Summul. sedl. 14. in Edi. 6.

ista , quidquid sit illas ; vera certè non est , quando negatio afficit signum negativum , vt patet in hac , *Non nullus homo currit* ; quæ licet negationem fronte gerat , affirmativa est : nam , vt aiunt , *duplex negatio affirmat*. Cum igitur omne signum exclusivum (b) reipsâ vim negationis habeat , negatio ipsi præfixa magis affirmat , quam negat.

6 Id ipsum cogita , quando negatio afficit verbuna , & ex parte predicatori datur exclusio : v. g. *Planete non sunt tantum viginti , Lapis non est tantum vivens* : hæ quippe , & affirmativa sunt , & falsæ ; quia supponunt , vel affirmant , Planetas esse viginti , arque etiam plures ; nec non lapidem esse viventem , & aliquid ultra. Unde nec admittunt expositionem disiunctivam , qualem prædicti Summulistæ volunt , nimirum , *Planete non sunt viginti , vel sunt plures quam viginti* ; sed potius copulativam exigunt sio , *Planete sunt viginti , & plures sunt quam viginti* , quæ Exponens falsa est , sicut Exponibilis.

7 Exclusivis igitur perpetram assignabis contradictorias in se , sive invariatis terminis. Hæ quippe non sunt contradictoriae , *Tantum Petrus est Logicus , Tantum Petrus non est Logicus* , cum posset utraque falsificari , si Petrus , & Paulus sint Logici : nec istæ , *Tantum Petrus est Logicus , Non tantum Petrus est Logicus* ; quia simul etiam falsificantur , si Petrus non sit Logicus. Contradiccio ergo formari debet in Exponentibus ; quæ , in unam Copulativam coentes modo dicto num. 2. , oppositionem admittunt ritu Copulativarum exposito cap. superiori. Inter quatuor autem Exclusivæ species , invi-

cem comparatas , sola intercedit oppositio contraria.

8 Hic Not. 1. : nulla Exclusiva conversione admittit invariatis terminis. Quare Conversio fieri debet in Exponentibus. Illa tamen , quæ ad primam speciem pertinet , converti potest in univeralem affirmativam , exclusione sublatâ : vt *Tantum homo est Sacerdos , ergo Omnis Sacerdos est homo*. Not. 2. : vbi negatio exclusionem non afficit , non est locus Descensus à subiecto communis ad singulare (c) . Unde male inferes , *Tantum homo est Sacerdos , ergo Tantum Petrus est Sacerdos*. Si vero negetur exclusio , Descensus licebit. Not. 3. : vetus parœmia fert , quod *Dicilio exclusiva non excludit concomitantia* , id est , non excludit ea , quæ de subiecto Enuntiationis Exclusiva prædicantur.

De Exceptiva.

9 Propositio , quæ utitur signo exceptivo , prater , nisi , aut alio , siquod est eiusdem potestatis , dicitur Exceptiva : vt *Omnis animal , præter hominem , est irrationale*. Cum autem exceptio sit *detractio partis à toto* , duo requirit : 1. , vt terminus exceptus , seu qui excipitur , in subiecto propositionis contineatur : 2. , vt tale subiectum sit aliquid universaliter sumptum ; aliter non accipietur vt totum. Hinc enuntiata ista , *Omnis homo , præter equum , est rationalis , Aliquis homo , præter Petrum , est doctus , rejicienda sunt vt inepta , & falsi suppositi* : nam primum supponit , equum esse hominem : secundum accipit hominem , non vt propriè totum respectu Petri , sed vt individuum vagum , indiferens ad Petrum , & alios divisivè. Non raro tamen idem sonat *præter* , ac *vitræ* ; tunc-

(b) *F. D. Thom. 1. p. q. 31. ar. 3. ad 2. (c) V. D. Thom. loc. cit. ad 3.*

tuncque requisitis hisce non egit. Vere enim hoc sensu dicitur; *Prater hominem, Bruta animalia sentiunt;* *Prater Hispaniam, aliqua regio est Catholica;* idest, *ultra hominem, ultra Hispaniam.* Sed tunc non fit enuntiatio Exceptiva, sed alia, quæ dici poterit Ampliativa.

10 Exceptiva ergo, nisi vocibus abutamus, nulla est, nisi universalis affirmativa, aut negativa. Affirmativa denegat parti, quod tribuit toti; petitque tres Exponentes; quarum prima affimet totum de parte excepta; secunda neget prædicatum de eadem parte, seu termino excepto; & tertia affimet idem prædicatum de remanente. Vnde hæc, *Omne animal, præter hominem, est irrationale,* sic exponitur, *Homo est animal, Homo non est irrationale,* & animalia reliqua sunt irrationalia. Negativa tribuit parti exceptæ, quod denegat toti; & tribus etiam exponitur; primâ, ut nuper; secundâ affirmante prædicatum de termino excepto; & tertiat ideam negante de reliquis. Vnde hæc, *Nulum animal, præter hominem, est rationale,* ita exponitur, *Homo est animal, Homo est rationalis,* & animalia reliqua non sunt rationalia. Ita his, & superioribus exponentibus, subiectum indefinitum supponit universaliter in materia necessaria, & particulariter in contingenti.

11 Not. 1.: Exceptiva non admittit Contradictoriam in se, sed in diversis: nam prædictis universalibus non contradicet, eti dicas; *Non esse animal, præter hominem, est irrationale;* *Non nullum animal, præter hominem, est rationale.* Ratio: quia in his destruitur universalitas, siquidem *Non nullum, & Non omne,* idem valent, ac *Aliquod,* Et Aliquod non. Tunc autem enuntiatio definit esse

Exceptiva, & fit Ampliativa, ex nem. 1. Inter Exceptivas igitur sola esse potest oppositio Contraria. Not. 2.: unicuique Excepti & sua responderet Exclusiva; in qua subiectum sit terminus exceptus; & verbari quoad negationem varietur. Vnde prædictæ universalis affirmantiæ æquivaleret hæc Exclusiva, *Inter animalia, tantum homo non est irrationalis;* neganti vero æquivaleret hæc, *Tantum homo inter animalia est rationalis.*

12 Not. 3.: apud Summa-listas complures, quatuor distinguuntur Exceptivarum species, quas inter distribuantur oppositiones contradictoria, contraria, subcontraria, & subalterna, cum suis tabulis, & clavis dictionum in memoria subsidium. Sed ab his discedere nos cogit recepta loquendi, atque intelligendi consuetudo, ut doctrinam, quam dedimus, tamquam veram, planam, ac facilem, amplectamus.

De Reduplicativa.

13 Dicteo, vim habens geminandi, aut iterandi, cuiusmodi est *er, prout, quatenus, in quantum,* aliavè similis, dicitur Reduplicans, & Reduplicatio; & propositionem, cui inest, efficit Reduplicativum. v. g. *Homo, quatenus rationalis, videre potest.* Usurpatur autem Reduplicatio multifariam. 1. In sensu alienante, ut *Homo, in quantum pius, non sinit.* 2. in sensu diminuente, ut *Aethiops, quatenus dentes bater, est ali-*bus, aut etiam restringente subiectum commune ad partem subiectivam, ut *Animal, quatenus rationale, ridere potest.*

14 3. in sensu specificativo, quando scilicet Reduplicatio detegit, unde subiectum reddatur capax prædicati, sive etiam conditionem signat requistam, quæ tandem non fit

causa sufficiens , ut predicatione reip-
sae conveniat : v. g. *Christus* , in qua-
ntum homo , *passus est* ; *Ignis* , ut apoli-
catus , *comburit*. Sepe tamen *specifi-
cative* , & *reduplicative* , perinde lo-
quuntur , ac *materialisiter* , & *formaliter*
vsurpanturque , dum loquimur de
Cognitivo , nunc ratione subiecti ,
nunc ratione formæ. Alias etiam ac-
ceptiones patitur dictio *Reduplicans* ,
quas *Scholæ* viu discetis.

15 Superest nunc sensus ,
qui propriè , vel maximè dicitur *re-
duplicatus* , quando scilicet Redu-
plicatio causam exhibet , vel ratio-
nem à priori , cur prædicatum re ipsa
conveniat subiecto : v. g. *Petrus* , qua-
terus *Sacerdos* , *est honore dignus*. Hoc
sensu efficitur propositio Reduplica-
tiva , de quâ in præsenti : cui à Sum-
mulistis alsignantur Exponentes qua-
tuor , hoc ordine , *Petrus est honore
dignus* , *Petrus est Sacerdos* , *Omnis Sa-
cerdos est honore dignus* , &c. Quia ali-
quis homo *est Sacerdos* , *est honore dig-
nus*. Sed , licet quatuor illæ rectâ
consequentiâ deducantur ex Redu-
plicativa ; hæc tamen brevius , & fa-
cilius exponitur per Causalē , sic
nimisimum , *Petrus* , *quia est Sacerdos* ,
est honore dignus; nam ex Causalē stric-
te sumptâ deducuntur pariter illæ
quatuor.

16 Reduplicativa contradictoriā patitur , non solum in Ex-
ponente , sed in se quoq[ue] , dummo-
do negatio Reduplicationem afficiat
hoc pacto , *Petrus* , *non quatenus Sa-
cerdos* , *est honore dignus* ; quæ sic ex-
ponitur , *Petrus* , *non quia est Sacerdos* ,
&c. &c. Si verò negatio solam copula-
lam afficiat sic , *Petrus* , *quatenus Sa-
cerdos* , *non est honore dignus* , cœsulat
oppositio contraria. Hic etiam Dic-
tionum clavim , & typum suggerunt
Summulista. Sed cœsta suuinciant.

Nec exponendis Enuntiationibus nu-
meri 13, & 14. immoramus: quia sensu
insipienti facilis expositio erit. Vnum
observa , passim Reduplicatione fieri
sensum , non causalem , sed forma-
lem , sive essentialem , ut cum dici-
tur , *Homo* , *quatenus animal* , *est vi-
vens* ; cuius sensus est , *Homo est ani-
malis* , & *est vivens* , & ad essentiale
conceptum *animalis* pertinet vi-
vere.

CAP. VII.

De Enuntiationibus Modalibus.

* **G**eneratim vocari potest
propositio Modalis , quæ
cumque dictione aliquâ ,
præsertim adverbio , denotat modum
subiecti , aut prædicati , ut *Segniter*
*fuga*ns serè coronabitur , ubi *Tò seg-
niter* , & serè dicuntur Modi. Nunc
tamen ea duntaxat appellatur pro-
positio Modalis , it. quâ reportur dictio
determinans indolem compositionis
obiectivæ , seu habitudinis unius ad
aliud. Modi Dialectici , qui præsen-
tis sunt instituti , numerantur qua-
tuor , scilicet , *Necessus* , seu *Necessarium* ,
Impossibilis , *Possible* , *Contingens*.
Necessarium dicitur , quod defacere
non potest : Impossibile , cuius pos-
tio repugnat : Possible , cuius pos-
tio non repugnat , sive sit necessaria , sive
non : Contingens , cuius nec repug-
nat postio , nec defectus.

2 Qæ nullum continet ex
hisce Modis , cicitur *Propositio de in-
esse* , (alias dicitur *Propositio de inesse* ,
que constat verbo de præsenti) : que
verò aliquæ ex ijs Modum claudit ,
vocatur *Modalis*. Hæc potest duabus
formulis efferi. 1. si Modus ponatur
advertisaliter , ut *Dous necessarii* . 2.
si nominaliter accipiatur , ut *Dous*
existi-

existit est necessarium. Prior formularia nunc omittitur; quia subest eidem scilicet regulis, quibus posterior. Omituntur etiam Modi, Verum, & Falsum; quia virtualiter includuntur in Propositione de inesse, nam sidem valet, Petrus currit, ac Petrus currere verum est; sicut, Petrus non currit, & Petrus currere falsum est.

3 Posterior ergo formula, quæ ad præsens attinet, habet pro subiecto orationem infinitivæ, quæ vocatur *Dictum*, de quo subiecto tenet Modum, tanquam prædicatum. Nihil autem refert collocatio Modi ante, vel post Dictum: semper enim sensus est idem, sive dicas, *Dicimus esse necesse est*, sive *Necesse est Deum esse*. Itaque materia ex qua propositionis Modalis sunt Dictum, &c Modus: & copula, quæ utrumque negat, est forma: ex quâ pendet, quod Modalis evadat simpliciter affirmans, aut negans. Sed distinctio est gratiâ, vbi negatio removet Modum, id est, vbi afficit copulam præcipuum, dicitur Propositio negativa de Modo, vt *Petrus currere non est necesse*: vbi autem negatur verbum Dicti, vocatur negativa de Dicto, vt *Petrus non currere est possibile*.

4 Materia circa quam, si solum Dictum species, poterit esse necessaria, contingens, vel impossibilis, ut in propositionibus de inesse. Si vero spectetur habitudo inter Dictum, & Modum (quæ absolute est materia Modalium), semper est, vel necessaria, vel remota, id est, impossibilis. Hinc nulla propositio Modalis est contingens: sed si vera est, necessaria est; & si falsa, impossibilis: nam vel ipse Modus *Contingens*, sicut Dicto convenit, necessariò convenit; & sicut non convenit, eidem repugnat. Veritas autem, & falsitas Modalium pendet ex conve-

108
nientia, vel repugnantia. Modi cum Dicto: unde vera est hec, *Hominem esse lapidem impossibile est*, quamvis Dictum in se videatur falsum.

3 Quantitas Modalium ex parte Dicti, poterit esse universalis, particularis, indefinita, & singularis: at ex parte Modi, solum est vel universalis, vel particularis. Modi, *Necessaria*, & *Impossibile*, cœntentur universales: Modi vero, *Possibile*, & *Contingens*, particularis. Ratio: quia Necesse perpetuè ponit subiectum, de quo dicitur; sicut *Impossibile* perpetuò tollit: & ideo comparantur signis, *Omnis*, & *Nullus*; quia sicut in his est universalitas numeri, ita in illis universalitas temporis. At *Possible*, & *Contingens*, ex iis veritate, subiectum aliquando non est: quare comparantur signo *Quidam*, ob eandem rationem. Rem istam exhibent vulgati versus: *Omnis Necesse valet: Impossibile, Nullus: Possibile, Quidam: Quidam non, Possibile non.*

6 Sed nota, *Contingens* bifariam accipi. 1. propriè, dum significat id, quod in utramque partem accidere potest, sive quod potest esse, & non esse. 2. impropriè, dum præcisè significat id, quod esse potest: quo tenet *Contingens* idem significat, ac *Possible*, & verificatur de omni re possibili, sive sit necessaria, sive non. Atque ita in praesenti accipitur à Summulistis exemplo Aristotelis(a), & D. Thomæ(b). Dices: *Contingens*, dum ita accipitur, non auget numerū Mediorū, cù non distinguatur à Modo *Possible*, nisi voctenus: vel, si vocalis distinctio sufficit, addere oportet Medos *Indefinitibile*, & *Repugnans*, quāvis solā voce differant à Modis *Necessaria*, & *Impossibile*. Rest. Humanæ rei alia ratio non est, nisi quia sic valuerem priores. Modū istū, et si Logicè indistinctū à Modo *Possible*, retinebimus, ne quidquā de tabulā consuetā,

(a) 2. *Perib. c. 3. § 1. Prior. c. 3.* (b) *Opusc. de Modalib.*

tnor subiecta, destrahamus, theoram dicturi postmodum de Cötigeti propriè accepto, qui re ipsa quartus est Modus.

Oppositiō, & Äquipollētia Modalium.

7 Si sub eisdem terminis, idest, sub eisdem Dicto, & Modo, sola detur varietas affirmationis, & negationis in principiū copulā, resultabit oppositio Modalium Contradicitoria: v. g. *Necesse est Deum esse, Non necesse est Deum esse*: idemque erit in quovis alio Modo. Ratio: quia altera præcise negat quod sufficit, & requiriatur ad falsitatem alterius; nec medium cogitari potest inter *Necesse*, & *Non necesse*, & sic de Modis alijs. Debet autem idem Distum (five sit communē, vt *Hominem*, vel *Omnem hominem loqui*, five singulare, vt *Petrum loqui*), prorsus in variatum utrobius servari; nec Modus variandus aliter, quam solā negatione. Atque hoc dici poterit Oppositiō de forma. Vbi nota, non variari sensum phrasibus hisce, *Necesse non est, Non necesse est, Non est necesse*; quia negotiū semper afficit principiū copulam, & negationem.

Negatio ergo in presenti non accedit postposita Modo, nisi quando pertinet, non ad Modum, sed ad Distum. Unde, cum loquimur de Modis, *Necesse non, Possibile non* &c. Modalem intelligimus negativam de Dicto, v. g. *Possibile est Petrum non loqui.*

8 Quo posito, reperitur etiam inter Modales omne genus Oppositionis, (quæ vocari poterit oppositio de lege), si certa fiat combinatio Modorum inter se. Nam Modales de *Necesse*, & *Impossibili*, sunt Contraria: Modales de *Necesse*, & *Possibili non*, atque etiam de *Impossibili*, & *Possibili*, Contradicitoria: Modales de *Possibili*, & *Possibili non*, (idem puta de Contingenti in proprio accepero), subcontraria: Modales de *Necesse*, & *Possibili*, at-

que etiam de *Impossibili*, & *Possibili non*, subalterna. Hoc omnia percipies; cum ex comparatione Medorum cum signis *Omnis*, *Nullus*, *Quidam*, & *Quidam non*, de quā suprà num. 5. : tum ex eo, quod reperiatur in his mensura negationis, aut exclusionis (de quā suprà cap. 2. n. 10.), quæ pro unaquaque oppositione requiruntur, ut patet examinant.

9 Modalium Äquipollen-tiam deprehendes. ex eadē comparatione cum signis quantitatīvis *Omnis*, *Nullus* &c., si memineris illius carnis, *Pri. Contradic.* &c., & aliorum, de quibus suprà cap. 4. Vnde colliges, Modales contradictorias fieri äquipollentes negatione præposita Modo vtriuslibet: has v. g., *Impossibile est Petrum loqui*, *Possibile est Petrum loqui*, äquipollere, si prima sic incipiatur, *Non impossibile est*, aut secunda sic, *Non possibile est*. Idem invenies proportionē servatā in alijs Oppositionibus, & Modis.

10 Ut traditam de Oppositiōne, & Äquipollentia doctrinam memorā teneas, aut præ oculis habebas, accipe vulgata in reistā dictiones, *Purpurea*, *Anabimus*, *Iliace*, *Edentuli*; quarum singulare continent quatuor vocales, quibus indicantur propositiones quatuor hoc ordine: prima de *Possibili*, secunda de *Contingenti*, tercias de *Impossibili*, quartas de *Necesse*. Harum affirmatio, & negatio disponi debent iuxta valorem vocalium, indicatum sequenti verificulo: *E. Dictum negat, I que Modum nibil dicit, sed V torum.* Idest, vocalis *E* denotat propositionem negativam de solo Dicto: vocalis *I*, negativam de solo Modo: vocalis *A*, vndique affirmativam: vocalis *V*, vndique negativam, scilicet de Dicto, & Modo. Propositiones ita formatae in unaquaque dictione, sunt äquipollen-tes

tes inter se. Qaodsi dictiones invicem cōparentur, Propositiones formatæ in *Purpurea*, sunt contradictoriae formatis in *Edentuli*; sicut etiam formatæ in *Iiace*, contradicunt formatis in *Amabimus*. At inter formatas in *Pur-*

purea, & *Iiace*, erat oppositio contra-
ria: inter formatas in *Amabimus*, &
Edentuli, oppositio subcontraria: ac de-
mum oppositio subalterna inter *Pur-*
purea, & *Amabimus*, nonnon inter *Iiace*, & *Edentuli*.

Hæc omnia sub aspectum ponit subiecta de more Tabula.

Equipollentes.

Pur-Nò est possibile Petru nò loqui.

Pu-Nò est cōtingēs Petru nò loqui.

Re-Impossibile est Petru non loqui. *Contraria.*

A.Necesse est Petrum loqui.

Equipollentes.

I-Non est possibile Petrum loqui.

Li-Nò est cōtingēs Petru loqui.

A-Impossibile est Petrum loqui.

Ce.Necesse est Petrum nò loqui.



Equipollentes.

A-Possibile est Petrum loqui.

Mi-Cōtingēs est Petru loqui. *Subcontraria.*

B-Nò est impossibile Petru loqui.

Mu-Nò est necesse Petru nò loqui.

Equipollentes.

E-Possibile est Petrum non loqui.

Den-Contingens est Petrum nò loqui.

Tu-Nò est impossibile Petru nò loqui.

Li. Non est necesse Petrum loqui.

11 Sed observa, solas Modales de Dicto singulari in hac tabella describi. Poterit tamen similis alia formari pro Modalibus de Dicto communis, si retineatur eadem contrapositio Dictionum, cum eodem ordine Modorum, ac negationum, & in sola quantitate Dicti variatio fiat, iuxta regulas sequentes. 1. pro *Equipollentiâ*. In unāque Dictione proposicio de *Necesse*, ut reliquis eiusdem Dictionis æquipolleat, debet constare Dicto universalis, si in reliquis sit particolare, & vice versa. Ex. g. in *Purpurea*, si prima sit, *Non est possibile nullum hominem loqui*; quarta sit, *Necesse est aliquem hominem loqui*. Idem esto de ceteris. 2. pro *Oppositione*. Modales contradictiones

(formatæ scilicet iuxta situm Dictionum superioris tabellæ) retineant eandem Dicti quantitatatem. Contraria verò, Subcontraria, & Subalterna differant inter se in universalitate, & particularitate Dicti, servatâ semper distributione Modorum, & positurâ Dictionum, prout cernitur in tabella descriptâ super.

Conversio Modalium.

12 Milsà Conversione Modalium penè terminos principales, nempè Dictum, & Modum, quæ nullius est negotij (sive enim dicas, *Necesse est D:um esse*, sive *D:um esse necesse est*, nihil interest): explicanda nunc est Conversio Modalium penè fabiectum, & prædicatum solius Dicti. Eam porro duplex hæc regula, ex Aristote-

le (c) desumpta, complestatur. Prima: Modales de Modo affirmato convertuntur eodem pacto, quo Propositiones absolute, seu de inesse; id est, earum Dictum, dum est univ ersale negativum, aut particulare affirmativum, convertitur simpliciter, iuxta illud, Simpliciter fEcI: & dum est univ ersale affirmativum, aut etiam negativum, convertitur per accidens, iuxta illud EvA per accid.: de quo vid. supra cap 24. Omittitur Conversio per contrapositionem, vt obscura nimis, & parum utilis. Dicuntur autem Propositiones de Modo affirmato, quæ sunt per Necesse, Possibile, aut Contingens, nullam negatione additam Modis ipsis. Impossibile Modus est ex se negatus, aut negativus: id est quippe valet, ac Non possibile. Quare non comprehenditur hac regulâ.

13. Conversionis istius exempla sunt: Possibile est nullum hominem esse album; Ergo Possibile est nullum album esse hominem, vel etiam, aliquid album non esse hominem. Necesse est omnem hominem esse animal, Ergo Necesse est aliquid animal esse hominem. Sed obi.: Modalis hæc, Necesse est omne grammaticum esse hominem, male convertitur scilicet, Ergo Necesse est aliquem hominem esse grammaticum, cum prior sit vera, & posterior falsa. Responde: conversio recta erit, dummodo suppositio termini grammaticum eadem sit utroque, scilicet naturalis. Vid. supra cap. 4. n. 9.

14. Secunda regula. Modales de Modo negato (quæ scilicet constant Modis Impossibile, Non possibile, Non contingens, Non necesse) in Conversione pendent à suis æquipollentibus de Modo affirmato. Explicatur. Omnis propositione in quæ negatur Modus, habet aliquam æquipollentem de Necessario, aut Possibili af-

firmato: quatuor enim Dictiones, superius in tabellâ descriptæ, sic constitutæ sunt, vt si tres priores vocales denotent Modum negatum, quarta denotet Modum affirmatum, & è converso. Propositio ergo de Modo negato non poterit converti, quoties eius æquipollens de Modo affirmato converti nequit: si autem hæc admittat Conversionem, admittet pariter illa altera, converteturque in propositionem, quæ æquipolleat convertenti sua æquipollentis.

15. Ex. c. Datâ propositione: Non necesse est omne animal esse hominem (quæ est in Dictione Edentuli), si quæras æquipollentem, invenies hanc, Possibile est aliquid animal non esse hominem. Hæc autem converti nequit, vt pote constans Dicto particulari negativo, cui sola respondet: Conversio per contrapositionem, quam nunc emittimus. Negabis ergo, datam propositionem esse convertibilem: & generaliter id negabis, vicinumque Dictum univ ersale affirmativum concurrit cum Modo negato: alias enim sequeretur ex Antecedenti vero Consequens: falsum; vt si ita inferas, Non necesse est omne animal esse hominem; Ergo Non necesse est aliquem hominem esse animal. At, si detur hæc, Non necesse est nullum animal esse hominem (quæ est in Dictione Amabilis), hanc eius æquipollentem invenies, Possibile est aliquid animal non esse hominem; quæ ex n. 12. potest converti simpliciter in istam, ergo Possibile est aliquem hominem esse animal. Istius æquipollens de Necesse, hæc est, Non necesse est nullum hominem esse animal. In hanc ergo convertatur data propositione: & generaliter Dictum univ ersale negativum concurrans cum Modo negato convertitur simpliciter. Mitto alia exempla, quæ ex eadē regulâ facile quicunque inveniet. De

*De Contingentis fūnq'is accepto
non nihil.*

Advertēda quedam.

16 *Contingens*, propriè acceptum, significat id, quod indifferenter potest modò esse, modò non esse. *Vade hæc propositio*, *Contingens est Petrum loqui*, est virtualiter copulativa, exponiturque per hanc copulativam formalem, *Possibile est Petrum loqui*, & *Possibile est Petrum non loqui*; vel, qua huic æquipolleat, *Non necesse est Petrum loqui*, nec *necesse est Petrum non loqui*. Quare nulla Modalis simplex reperitur in superiori tabellâ, quæ sola æquipolleat propositioni de *Contingenti*. Quod si detur Modalis de *Contingenti* negato, v.g. *Non Contingens est Petrum esse hominem*, debet exponi disjunctivè sic, *Non possibile est Petrum esse hominem*, vel *non possibile est Petrum non esse hominem*; aut etiam per æquipollentem de *Necesse vel Necesse non*.

17 Quod atinet Oppositionem, in primis affirmatio, aut negatio ex parte Dicti singularis nihil refert. Hæc quippe Modales, *Contingens est Petrum loqui*, *Contingens est Petrum non loqui*, nequam opponuntur; sed potius altera infertur ex altera, exponiturque pari modo. Deinde inter *Contingens*, & *Non contingens* cum eodem Dicto, datur oppositio formalis contradictionis. Ac demùm omne genus oppositionis de lege formari poterit, si recurratur ad Exponentes, sive æquipollentes. Circum Conversionem Modalium huiuscmodi, variisque sensum ipsarum, multa sunt scitu digna: sed quia cibus sunt grandium, præstat nunc ab ijs abstinerere. Qui nostros adierit Conimbricenses, (d) nihil ultrâ desiderabit.

(d) In 1. Prior. c. 3. quæst. 2. q'.

18 Ad extreñum, circà Modales in universum advenitendum est, posse ipsis inesse sensum compositum, & divisum, tum ex parte Dicti, tum ex parte Modi & qua de causâ Modalis dividi solet in *Compositam*, & *Divisam*. Ex parte Dicti fit sensus compositus, cum ostenditur, prædicata dicti convenire subiecto pro formalis: cum autem significatur convenire subiecto pro materiali dum taxat, fit sensus divisus. Potest Modalis vera esse in uno sensu, & falsa in altero: hæc enim, *Possibile est dentem currere*, vera est in sensu diviso, dum scilicet significat, cum, quifeder, posse divisionem à sessione currere: falsa tamen in sensu composito, si nimirum denotet, posse cursum cum sessione communigi.

19 Docent Thomiste, Modalem esse *Divisam*, quoties Modus adverbialiter ponitur, v.g. *Sedens possibiliter ambulat*: esse velò *Compositam*, quocto Modus prædicatur de Dicto, v.g. *Sedentem ambulare est possibile*. Sed in primis, quod hæc posterior formula sit capax utriusque sensus, compositi, & divis, supponit Aristoteles (e). Deinde, hæc absolute, *Ceteri vident*, suscipit sensum divisum, ideoque ut vera ponitur in Evangelio: cur ergo non posuit eodem sensu dici, *Ceteros vident possibile est*; præfertim cum à propositione de inesse ad Modalem de Possibili valeat consequentia iuxta Thomistas. Demùm, quod utraque formula sit capax utriusque sensus, probat communis usus, quo passim Modales istas distinguimus ut ambiguas, si termini sint incompositibiles pro formalis.

L 3 Lang
(e) In 1. Elench. cap. 3.

20. Iam vero ex parte Modi sit sensus divisus, quia in Modo singulatim coniungitur cum singulis inferioribus contentis sub Dicto communis; quando autem cum omnibus simul, sit sensus compositus. Hec v.g., *Impossibile est, omne animal esse rationale*, vera est in sensu composito ex parte Modi, quia sic exponitur, & *Brutum esse rationale*, & *Hominem esse rationalem, impossibile est*; quo significatur, fieri non posse, ut rationale conveniat simul homini, & bruto. At in sensu diviso falsa est, quia sic explicatur, & *Brutum esse rationale est impossibile*, & *Hominem esse rationalem est impossibile*; quae copulativa falsificatur ratione secundae partis.

21. Advertendam insuper, Modalem posse reduci ad suam Officiatem, ut aiuat: id est, ad propositionem absolutam, in qua Modus reflexè prædicetur de propositione inclusâ

in Dicto. Ex.g. huius Modalis, *Deum existere necesse est*, hec dicitur Officians, *Propositio ista, Deus existit*; est accessoria: huius vero, *Deum mentiri est impossibile*, in Officiantem, hoc dictum, *Deus mentitur, est propositio impossibilis*. Quidquid alij dicant, omnis propositio Modalis, seu *composita*, seu *divisa* ex parte Dicti, potest immediate reduci ad Officiantem, dummodo in hac servetur idem sensus, ut potest iuxta num. 19. Valet item consequentia mutua inter Modalem, & Officiantem. Idem censendum de Modali *composita* ex parte Modis; modo & de *divisa* plerisque, saltem si exceptias Modalem de contingentи priore sumpto.

Sed iam satis multa de Modilibus; in quibus forte modum excessimus; licet quædam consultò omiserimus, ne præceptionum moles teneras mentes obrueret.

D I S P. VIII.

De Argumentatione, & præcipue de syllogismo.

Propter Ervènimus ad artefactum Logicum, quod tertiae intellectus operationis proprium est: ad Discursum scilicet, quem intellectus efficit, quoties ab uno, vel pluribus iudicijs per se moverur ad aliud inferendum. Progressio ista generali nomine dicitur *Argumentatio*, id est, *Argumenti expiratio*, sive *applicatio*. Argumentum dicitur, quidquid assumitur ad aliquid probandum. Quare, vbicumque enuntiatio aliqua probatur per aliam, aut alias, Argumentatio est, Ratiocinatio, Discursus. Huius princeps species, syllogismus est, cuius hic artificium potissimum explicabimus; quamquam eius fabrica non diu tenebimur, ut qui iam haec tenus fundamenta iecimus, & tetram ferè materiem apparavimus.

(?)

CAP. L

Argumentatio in communi declaratur.

¶ **A** Rgumentatio in genere definiri solet, *Oratio in qua unum infertur ex altero;* vel etiam, *Oratio, in qua uno dante aliud sequitur.* Aptius tamen definiri potest, *Modus sciendi, in quo ex argumento praeicto concluditur aliquid.* Constat ut minimū duobus enuntiatis, quorum alterum suboriatur ex altero. Quod suboritur, dicitur *Consequens*, sive *Conclusio*: quod praecipit, & alterum quasi paret, dicitur *Antecedens*. Illatio, sive deducatio consequentis ex Antecedenti, dicitur *Consequentia*; quæ vocaliter denotatur particulis ergo, igitur. Consequentia nunquam dicitur vera, aut falsa, sed bona, vel mala, legitima, vel nota: quare, si bona sit, conceditur; si mala, negatur, etiam si consequens verum sit: sāpē enim contingit, ut consequens in se verum perperam deducatur ex Antecedenti, ut si ita arguas, *Homo est vivens, ergo est animal;* ubi concessio, vel omisso Antecedenti, neganda est Consequentia, quia ideo Consequens censeatur negatum, sed omissum. Sed quia plurimum refert indolem consequentiae nosse, notas ad id certas subiunctiones.

§. I.

Quosplex sit Consequentiae

¶ **C** Onsequentia dividi potest in bonam, & malam: quæ diviso aloga est, aut ferè æquivoca: nam Consequentia mala recipsa nulla est, nisi

apparenter ut summum. Consequen-
tia bona est illa in fundata in conne-
xione Antecedentis cum Consequenti,
quantum ad veritatem. Connexio ista
reperitur, quoties Antecedens, vel ab-
solutè, vel latè ex suppositione, ap-
puta est ad faciendam fidem Con-
sequentiis. Absolutè, ut *Petrus est homo,*
ergo est *animal*: ex suppositione, ut *P-
terus volat, ergo habet alas;* nam qui fe-
runt supponit, aut pro vero admittit
Antecedens, tenetur adhibere fidem
Consequenti. Unde colliges, legiti-
mam consequentiam stare posse cum
absoluta falsitate, vel impossibilitate
utriusque extremi. Contrà, Con-
sequentia mala reperitur, quoties An-
tecedens nullatenus potest fidem fa-
cere Consequentiis.

3 Hinc generaliter legitimæ Consequentiae nota duplex est. Prima: si veritas Antecedentis agi-
ta, vel confessio, sine aliis argumentis
admissicula iussicata, ut Consequens
deprehendatur verum. Idcirco rite
arguitur, *Hoc animal ridet, ergo est ho-
me;* quia ex ritu deprehenditur veri-
tas humanæ naturæ hne alio argu-
mento, vel indicio. At non sicut sic,
Hoc animal finit, ergo est brmo; quia,
licet Consequens forte verum sit,
reutiquam id deprehenditur ex solo
actu sentieendi, vi pote belluis etiara
commisi. Secunda: si, quod repugnat
Consequenti contradictione, vel
contrariè, repugnet etiam Antece-
denti: de qua notâ, seu regulâ mox
dicemus.

4 Consequentia bona, alia
formalis est, alia materia is. Formalis
est, que vi forme concludit, i.e. est, que
sunt eadem dispositio terminorum logi-
tate concludit in omni materia. Tales
sunt omnes Consequentiae syllogis-
morum, de quibus postmodum. Ta-
les quoque sunt istæ: *Omnis homo est ani-*

animal, ergo *aliquis homo est animal*: *Nullus homo est leo*, ergo *nullus leo est homo*: quia in omni materia recte arguitur à Subalternante ad Subalternantem, & à Conversâ ad Convertentem, sive materia circa quam sit homo, sive arbor, sive lapis, sive hircocervus; itemque sive sit necessaria, sive contingens, sive impossibilis. Tales denique sunt, quæ ducuntur ex *Loci arguendi*, quos in superioribus sparsim indicavimus. Vbi notandum, Consequentiam formalem semper esse necessariam, & metaphysicè inadfectibilem.

5 Materialis Consequentia est, quæ vi solius materia concludit, id est, quæ, licet valeat ratione materiae, circa quam versatur, tamen sub eadem dispositione terminorum non aquæ valet in omni materia. Vnde hæc Consequencia Materialis est, *Homo est animal*, ergo *omnis homo est animal*: quia, licet indefinita inferat univalem in materia necessariam, non ita in materia contingenti; malè quippe infra, *Homo est sacerdos*, ergo *omnis homo est sacerdos*. Et generatim, quoties necesse est examinare indolem obiecti, ut rectitudine illationis appareat, Consequentia est Materialis, ut hæc, *Petrus est homo*, ergo *est animal*: quod Consequens non recte inferri dixeris, nisi aliunde prænoveris, obiectum vocis *homo* connecti cum obiectu vocis *animal*. Quoties vero inposita solùm dispositione terminorum formalium, quodcumque ipsis obiectum significetur, legitima apparet illatio, Consequentia est Formalis.

6 Consequentia Materialis, alia probabilis est, alia necessaria. Probabilis dicitur, quæ fundamento sicutur prudenti, seu pl-

rumque firme, non tamē infallibili: vt, *Agricola tempestivè serit*, ergo *fructum colliger*. Necessaria est, quæ argumento nititur infallibili. Hæc autem infallibilitas, seu necessitas, potest esse triplex. 1. *metaphysica*, quæ nullā potentiam frustrabilis est; vt *Est homo*, ergo *est animal*. 2. *physica*, seu *naturæ*, quæ solū miraculosè deficere potest; vt, *Existit ignis*, ergo *est calidus*. 3. *moralis*, quæ, licet humanitatem fallere possit, raro tamē, & difficilime; vt, *Est mater*, ergo *diligit filium non immeritum*.

§. II.

Pro bona Consequentia Regula generales.

7 **P**rima Regula: (a) *E*st vero non sequitur, nisi verum: ex falso, verum, & falsum. Prior pars constat: quia in bonâ Consequentiâ veritas Antecedentis connectitur cum veritate Consequentis, ut constat ex num. 3.: nec aliud sonat apud omnes *vis Consequentiæ*, quam connexionem istam. Posterior pars patet exemplo: nam ex hoc Antecedenti, *Leo ridet*, sequitur & hoc Consequens verum, ergo *est animal*, & hoc falsum, ergo *est homo*. Imò & in syllogismo ex Præmissis omnino falsis deduci potest Consequens omnino verum: v.g. *Omnis lapis est animal*, sed *omnis homo est lapis*, ergo *omnis homo est animal*. Sed nota 1.: verum non sequitur ex falso absoluè, nec ex falso cognito ut falso: quia falsum absolutè non nisi falsum, adeoque nullam connexionem habet cum Consequentiâ & dum cognoscitur ut fal-

falsum, non amplius moveat, aut fidem facit. Solum ergo sequitur verum ex falso, quando falsum supponitur verum, aut pro vero admittitur.

8. Not. 2.: in exemplis ad ductis Consequens verum est, non ex suppositione tantum, sed absolute: id tamen provenit, non ex meritis solidius Antecedentis, sed aliunde, sive ex alijs capiibus. Not. 3.: cum negamus, ex vero posse deduci falsum, loquimur de Consequentiâ necessariâ iuxta gradum necessitatis, ad quem pertinet. Et sensus est: quod falsum ex vero sequi non potest, impotentia vel metaphysicâ, vel naturali, vel morali, prout fuerit indeles Consequentiâ. Attamen ex vero physicè, seu naturaliter connecto, sequi poterit Consequens miraculosè falsum: v. g. Existunt hic accidentia panis, ergo existit substantia panis; quod Consequens, si sermo sit de Eucharistiâ, falsum quidem est, sed miraculosè, non naturaliter.

9. Secunda Regula: Ex necessario non nisi necessarium: ex contingenti, vel contingens, vel necessarium, nonquam autem impossibile: ex impossibili sequitur quodlibet, id est, tum necessarium, tum contingens, tum impossibile. Regula continet tria membra. Ratio primi est: quia Necessarium semper est verum, Contingens potest esse falsum, & Impossibile semper est falsum: si ergo ex Necessario sequeretur Contingens, aus Impossibile fieri posset, vt sequeretur ex vero falsum, contra 1. regulam. Ratio secundi est: quia nihil prohibet, contingens cum alio contingenti connecti, vt Leo currit, ergo existit: nihil item prohibet, contingens connecti cum Necessario, sive ab eo pendere, dum

mèdè connexio non sit mutua, vt Existit creatura, ergo existit Deus: at, si connecteretur cum Impossibili, sequeretur ex vero falsum. Ratio tertii est: quia, licet Impossibile semper sit falsum, tamen ex falso tum verum, tum falsum deduci potest, vt vidimus in primâ regulâ. Sic ex hoc Impossibili, Leo ratione vivit, sequitur hoc necessarium, ergo Leo est animal, & hoc contingens, ergo Leo existit, & hoc Impossibile, ergo Leo est homo.

10. Tertia regula: Ex opposito Consequentiâ sequitur oppositum Antecedentis; at ex opposito Antecedentis non semper sequitur oppositum Consequentiâ. Vel alijs terminis: Quidquid repugnat Consequentiâ, repugnat Antecedentem; sed non est contrario. Ratio primi est: quia Antecedens omne connectitur cum Consequentiâ, proindeque stare non potest, dum Consequens deficit. Unde, si valet, Est animal, ergo est vivens; valere debet, Non est vivens, ergo non est animal. Ratio secundi est: quia sapientia connexio Antecedentis cum Consequentiâ non est mutua, tuncque potest Consequens aliunde subtiliter, quamvis deficiat Antecedens. Unde, licet valeat, Est animal, ergo est vivens; non ideo valet, Non est animal, ergo non est vivens.

11. Ut tamen hæc regula firma sit, debet intelligi de Consequentiâ Logice, seu metaphysicè necessariâ: nam si intelligatur etiam de necessariâ naturaliter, fallere poterit. Sic bene infertur physicè: Accidens existit, ergo non existit sine subiecto: & tamen ex opposito Consequentiâ (scilicet, Accidens existit sine subiecto) metaphysicè sequitur Antecedens ipsius tan-

cantum abest, ut oppositum Antecedentis inferatur, ne physicè quidem. Debet item intelligi de Opposito formaliter, & Logice in veritate. Ut sensus sit: Quicumque pro verâ recipit propositionem Consequentì oppositam in veritate, seu quæ falsitatem Consequentis inferat, tenetur falsitatem Antecedentis confiteri, seu pro verâ recipere propositionem aliquam Antecedenti repugnantem: alioquin ex vero falso deduci fatebitur contra primam Regulam.

12 Ex eodem fonte profluit quarta Regula: Quidquid stat cum Antecedenti, stat etiam Consequentì, non tamen semper vice versa. Sensus est: Quæcumque propositio vera simul est cum Antecedenti, pariter erit vera simul cum Consequentì: alioqui, si defrueret veritatem Consequentis, dura Antecedens permanet verum, lequeretur ex vero falso. At ex adverso, quia sequi potest verum ex falso, nihil prohibet, quod aliquid sit verum simul cum Consequentì, & tamen defruat Antecedentis veritatem. Exempla facilia sunt.

13 His etiam cognata est quinta Regula: (b) Ex quocumque sequitur Antecedens, sequitur Consequens: Et quidquid sequitur ex Consequentì, sequitur ex Antecedenti. Exemplum prima pars sit. Bene sequitur: Est Animal, ergo est vivens: ex quocumque ergo sequitur animal (v.g. ex homine, ex leone, ex equo), sequitur & vivens. Exemplum secunda pars. Si ex Animali sequitur vivens, quidquid ex viventi sequitur (v.g. corpus, substantia, ens), pariter ex Animali sequatur necesse est. Huius regula nuntiatur Argumentatio Acervalis, Græcè Sorites, quæ valgo dicitur Argumentatio de primo ad ultimum: v. g. Si

Syllogismos

homo est, animal est: si animal, vivens, corpus: si corpus, substantia: ergo, si homo est, substantia est. Ratio autem Regulae quasdam ad vitramque partem est: quia petetur aliequi subsequi falso ex vero, ut examinantur constabit.

14 Sexta Regula: Ex affirmazione inferioris sequitur affirmatio superioris, non tamen e contrario: at ex negatione superioris sequitur negatio inferioris, et si non viceversa. Nominis superioris, & inferioris intellige terminos magis, & minus universales, indefiniti & sumptuos, & ad idem Pradicamentum spectantes. Hinc rectè arguitur, Est homo, ergo est animal: non tamen, Non est animal, ergo est homo: rectè itidem, Non est animal, ergo non est homo: non tamen, Non est homo, ergo non est animal. Ratio est: quia superior pertinet ad efficientiam inferioris; non vero ad superioris essentiam inferioris: unde superior sine inferiore raro potest, sed non è converto.

15 Septima: Ab actu ad potentiam valet Consequencia; non tamen semper e converso. Prior pars est per se nota. Nam quicunque novit, evidenter arguit sic: Hoc existit, ergo potest existere: currit, ergo potest currere. Posterior pars etiam liquet: quia potentia non tamen connectit cum actu: unde non valet, Deus potest mundum destruere, ergo destruit. Dico, non semper, ut excipiam potentiam activam causæ necessariæ, & expeditæ: ex hac enim naturaliter sequitur actus, vt, Sol potest lucere, ergo lucet.

16 Octava Regula, quæ nostra quedam est malæ Consequentia: Argumentum; malum, aut nimis probans, nihil probat. Sensus est: Ubi Argumentum, sive Medium, affutatur, quod eadem vi probat rem ab omni-

rebus, vel sicutem ab ipso arguente negandam, Consequentia nulla est. Ex. g. si, ut probes, Blättiri non esse terminum, ita arguis: *Nulla vox est terminus, ergo Blättiri non est terminus;* nulliter arguis: quia tuum argumentum probat contraria omnes, vocem significativam ad placitum non esse terminum. Quare argumentum eiusmodi instabitur, aut retorquebitur. Alias regulas in superioribus Disput. sparsim deditimus: alias dabimus in sequentibus capitib.

CAP. II.

Quotuplex sit Argumentatio

Si propositionum indolem species, Argumentatio, alia est evidens, alia obscura, alia certa, alia probabilis: quos terminos hic explicare non expedit. Si argumentum assumptum inspicias, alia est Argumentatio a priori, quando scilicet obiectum Antecedentis, seu re ipsa, seu ex modo nostro concipiendi, est aliquatenus causa, vel radix obiecti Consequentis: alia a posteriori, quando scilicet ex effectu probatur causa, vel radix: alia a Consistanti, quando scilicet obiecta Antecedentis, & Consequentis intime sunt coenixa, sed alterum non est causa, nec effectus alterius. Si ceterum consideres numerum, & dispositionem terminorum, quatuor Argumentationis species communiter numerantur, Enthymema, Dilemma, Inductio, Exemplum, Argumentum Mirabile, & Syllogismus.

2. Enthymema est Argumentatio, in qua ex una tantum propositione deducitur alia. Exempla hactenus multa deditimus. Sed quares, an Enthymematis Consequentia sem-

per sic materialis? Affirmant Dialectici sat frequenter: quia hoc Enthymema v.g. *Petrus est homo, ergo est animal,* non concludit vi formæ, nisi subaudiatur alia propositio premissa, nenepe, *Omnis homo est animal;* cuius propositionis defecta Enthymema vocatur syllogismus imperfectus, id est, truncatus, five mutius. Ubi autem nihil aliud subauditur, nullum Enthymema concludit, nisi ratione materiæ, seu connexionis extremitum obiectivæ.

3. Si objicias: hic discursus: *Nullus homo est lapis, ergo nullus lapis est bonus,* concludit vi formæ, et non alia propositio suppletatur; sed est Enthymema: iam ergo aliquod Enthymema vi formæ concludit. Respondent aliqui negando Maiorem: quia discursus ille non concludit vi formæ, nisi haec alia præmissa subaudiatur, *Si nullus homo est lapis, nullus lapis est bonus.* Sed contrarii est nihil aliud subintelligas, in eo discursu talis est dispositio terminorum, ut vim concludendi retineat in omni materiâ, quin necesse sit examinare indolem obiecti: ergo per se continet Consequentiam formalem. Haec sequela patet ex cap. præced. n. 4. & 5. Antecedens vero conspicuera, et omnes materias percurrenti.

4. Respondent alii negando Minorem obiectioris: quia discursus ille non est Argumentatio: ergo nec Enthymema. Probat Antec.: vbi non est Argumentum, non est Argumentatio: haec enim est Argumenti explicatio: at, quod in eo discursu non fit Argumentum, probatur: quia Argumentum est idem, ac Medium, five terminus in Antecedenti positus, ex quo terminus aliud diversus infertur in Consequentia; sed in predicto discursu idem, sunt termini

mini in Antecedenti, & Consequenti cum solâ variatione situs: non igitur est inibi Argumentum, nec Argumentatio, sed merus Locus arguendi,

5 Sed contrà 1.: illatio per Conversionem facta, est arguendi locus, vt ait: ergo est Argumentatio, sine qua nemo arguit. Contrà 2.: Argumentum ab omnibus definitur Inventum aliquid ad faciendam fidem; sed in eo discurſu datur Inventum istiusmodi: ergo datur Argumentum, proindeque Argumentatio. *Prob. Min.*: qui invenit & assumit hoc Antecedens, Nullus homo est lapis, habet inventum aliquid, prorsùs idoneum, vt fidem faciat huius Conclusionis, Nullus lapis est homo, sive vt illum persuadeat omnibus, qui regulam Conversionis, & vim terminorum percipiunt: illud igitur Antecedens reverā continet, vel est Argumentum. Quare non omne Argumentum est Medium, si Medium strictè sumatur pro termino, qui in Antecedenti positus non transeat ad Consequens.

6 Omnis itaque discurſus, in quo reperitur Consequentia rationalis, quam denotat particula *ergo*, vel *igitur*, Argumentatio est, quidquid alij dicant: nam ex definitionibus Argumentationis communiter traditis nulla est, quæ tali discurſui non aptetur. Dices: quando aliqua propositio infertur ex se ipsa, v. g. *Petrus est homo, ergo Petrus est homo*, datur discurſus, & Consequentia; & tamen Argumentatio non datur: ergo &c. *Neg. Mai.*: quia non est discurſus, vbi mens non currit, sive excurrit ab uno ad aliud: dum autem idem ex se ipso vocaliter infertur, non est unum & aliud, sed idem & idem. Nec est Consequentia, vbi Consequens non erit.

O Syllogismo:

tur, & quasi nascitur ex Antecedenti: quis autem dicat, idem ex se medipso nascit?

7 Omnis ergo discurſus rationalis exigit, vt Conclusio continetur quidem implicitè, virtualiter, aut æquivalenter in Antecedenti, sed tamen enuntiatio sit aliquatenus diversa formaliter, diversumque requirat mentis assensum. Atque ita semper Argumentatio erit, & Modus sciendi: quia, manifestando Conclusionem, quæ in Antecedenti, sive in Præmissis delitescit, semper crit *Oratio ignoti manifestativa*. Si petas regulam generalem, quâ in Enthymemate discernatur indoles Consequentiarum; satis idoneam habes cap. præced. num. 5.. Ex quâ colliges, Consequentiam esse formalem, vbi per Enthymema arguitur à Subalternante ad Subalternatam, à Conversâ ad Convertentem, à Copulativa ad Disjunctivam, ab Exponibili ad Exponentem &c.: esse verò plerumque materialem in alijs Enthymematis, vbi apparet in Consequenti novus terminus, in Antecedenti non expressus, vt *Est homo, ergo est animal*.

8 Dilemma, quod etiam dicitur Argumentum licorne, sive cornutum, est Argumentatio disiunctiva utrumque feriens, sive præcludens adversario omnes evadendæ vias: vt si volens blasphemum insaniam convincere, sic arguas: *Vel credis esse Deum, vel non credis: si credis; ergo insanus es, qui Deum, cui vindicta in promptu est, lacessere audes: si non credis; ergo non minus insanus es, qui quod non sanctorum ignorat, nescire affectas*. Hoc genus Argumentationis, vt sit efficax, proponere debet extrema non admittentia medium, sed talia, vt alterutrum concedere sit necesse: aliter adversarius facile vitabit utrumque

cornu, & medio tutissimus ibit. Poterit etiam disiunctio versari, non solum inter duo, sed inter tria, vel plura etiam extrema: tuncque vocabitur Trilemma, vel Polylemma.

9. Inductio est Argumentatio à singularibus sufficienter enumeratis ad universale difficitum. Inductio recurrat cum Alcensu Comparativo, de quo suprà disp. 5. cap. 2. à num. 14. Poteſt autem fieri, tam incomplete, id est, non enumeratis omniābus iāviduis; fed aliquibus: atque ita nil concludit in materia contingenti; bene tamen in materia necessariā per Consequentiam materialē. Tum complete, id est, recensitis omnibus inferioribus: id quod fieri poterit nominatim, si pauca sint, vt Planetae, vel elementa: si multa, vel infinitas tunc, recensisit paucis, reliqua generali clausula comprehendantur: v. g. *Hic Cygnus est albus.*, *Et ille est albus.*, *Et sic de ceteris.*, vel *Et eadem in ceteris est ratio;* ergo *omnis Cygnus est albus.*

10. Dubium est, an Inductio completa concludat *vi formam*. In quo affirmandum puto, si duplex conditio adhibetur. Prima: si numeratio singularium fiat pertinuum communem addito signo demonstrativo, vt *bis homo*, *ille homo*; vel iunctō nomine communī cum proprio; vt *Elementum ignis*, *elementum aeris* &c.. Ratio: quia, si numeratio fiat solum per nomina propria, non tenet Consequentia ex vi terminorum formalium, & necesse erit eorum significatum examinare: ex eo enim, quod *Igai*, *terra*, *aer*, *Et aqua* existant, non sequitur, quod *Omne elementum existit*, nisi constet, illis

nominibus elementum significari. Secunda conditio: vt, si recensentur inferiora numero finita, addatur huiusmodi clausula, *Et nullum aliud superest*: alioqui, numeratis v. g. praedictis quatuor elementis, non inferes ex terminis, omne elementum existere; cum nondum constet, an aliud forte super sit, necne. His autem servatis, Inductio legitimè concludit in omni materia, proindeque *vi forma*.

11. Exemplum est Argumentatio, in qua ex aliquo singulari aliud singulare deducitur propter aliquam similitudinem. Nominis singularium hic intelliguntur ea, quorum alterum non est altero Logice superiorius, aut inferius. Vnde per Exemplum arguitur sicut ab uno Genere ad aliud, vel ab una ad aliam Speciem; vel etiam à multis ad multa singularia, vt Deus Ninivitis penitentiam agentibus pepercit, ergo *Et talis pareat*, si penitentiam egerit. Ut hæc argumentatio sit valida, probandum est, eandem rationem utroque militare: quod si adversarius neget, temebitur disparitatem reddere.

12. Argumentum Mirabile sit, cum deducitur Consequens Antecedenti contradictioni, vel Contrarium: vt si Calvinista hereticum, qui asserat, peccatum ab hominibus non liberè, sed necessariò committi, hoc modo redarguat: *Omnis homo necessariò peccat*, ergo *numquam peccati*: quod Consequens optimè deductum est, facileque probabitur ex eo quod peccatum prorsus inevitabile nequit esse peccatum. His addi potest Serit: quam speciem Argumentationis notavimus cap. I. n. 13.

13. Denique præcipua Argumentationis species dicitur *Syllogismus græcè*, latine *Ratiocinatio*, quamquam hec nomen alias com-

commune sit omni Discursum. Definitur ab Aristotele (a) *Oratio*, in qua quibusdam positis aliud quiddam ab his, que posita sunt, ex necessitate accidit, eo quod hoc sunt. Cuius definitio sensus, prout communiter ab Interpretibus exponitur, clarius exprimitur his verbis: *Argumentatio*, in qua ex duas enuntiationibus simplicibus, eo quod certa sint forma disposita, tercia necessariò sequitur. Vbi nota, Syllogismum dumtaxat *Cathegoricum*, sive *Absolutum* definiri nunc ad mentem Aristotelis: nam *Hypothesis* inferius explicabitur.

Syllogismus igitur Antecedentis loco duas exigit enuntiationes simplices, quæ vocantur *Premissæ*; & hoc ex capite differt ab Enthymemate, cuius Antecedens unica Enuntiatio est: nec non ab Inductione, quæ plerumque exigit plusquam duas: quodsi interdum duabus contenta sit Inductio, per accidens erit, & ratione materiæ. Debet autem Premissa in Syllogismo sic disponi, ut vi formæ sequatur necessariò tercia enuntiatio, quæ dicitur *Conclusio*, *Complexio*, *Summa*. Sequatur, inquam, necessariò: non quia Conclusio in se nequeat esse mere probabilis, aut etiam falsa, sicut Premissa; sed quia Premissis positis, idest, semel concessis, nullatenus possit repudiari Conclusio, idque vi formæ. Unde colliges, Consequentiaria Syllogismi semper esse formalem, & summè necessariam: atque hinc discerni Syllogismum ab omni Argumentatione materialiter tantum concludente.

Sed circè dicta in hoc Capite notandum est, Dilemma esse quasi duplex Enthymema; Exemplum, & Argumentum Mirabile esse etiam Enthymemata quædam ex certis arguendi locis petita; & Sottemi esse quandam Syllogismorum

texturam. Quare species Argumentationis formales, seu ratione formæ dissidentes, reipsa nullæ videntur esse præter Enthymema, Inductionem, & Syllogismum. Ex his verò Syllogismus summum est Logicæ artis opus, & mirum Aristotelis inventum, quo mentis humanae chaos lucem, & ordinem accepit, & vagâ, fluxaque nostrarum cogitationum turba, rectissimo tramite procedit ad metam usque veritatis: & quidem adeò perspicuis, & inconclusis legibus, ut Ars Syllogistica Mathematicas ipsas Disciplinas certitudine, & claritate lacescat. Eò igitur propius accedamus.

CAP. III.

De Materia, & Forma Syllogismi.

O Missà materiâ rara quam, de quâ nonnihil inferioris, materia ex qua sunt tres Enuntiationes, prima, & secunda Premissa, & Conclusio. In his reperiuntur debent tres tantummodo termini, quorum duo vocantur *Extrema*, alterum *Maius*, alterum *Minus*, & tertius appellatur *Terminus medius*, sive *Medium*, alias *Argumentum*. Porro Medium nunquam in Conclusione reperiatur, sed susteré debet in Premissis, ita ut in alterâ coniungatur cum Extremo Maiori, in alterâ cum Minoris: ac demum ambo Extrema inter se nestantur in Conclusione. Ab Extremis nomen accipiunt Premissæ: nam quæ continent Extremum Maius, appellatur Premissa *Maior*, & apud veteres specialiter *Propositio*: quæ verò continet Minus Extremum, dicitur Premissa *Minor*, atque etiam *Affirmatio*.

2 Rem oculis subijcio. Hic

Syllogismus. *Omnis animal est vivens,*
sed alius homo est animal, ergo ali-
quid homo est vivens, tres tantum ha-
bet terminos, animal, vivens, homo. E-
quisque animal est Medium; quia bis
enicit in Præmissis, quin trans-
ferat ad Conclusionem. viv-
ens est Extremum Maius (à quo
prima enuntiatio vocatur Major) ;
homo est Extremum Minus (à quo
secunda enuntiatio dicitur Minor) ;
quia hi termini in Conclusione iun-
guntur inter se, postquam Medium
cum singulis iunctum est in Præmis-
sis. Vnde autem proveniat, quod al-
terum Extremum sit Maius, alterum
Minus, dicimus inferius.

3 Modò notandum: cum
dicitur Syllogismus constare terminis
dum taxat tribus, sermo est de ter-
minis materialiter sumptis, idest, de
vocabus, aut conceptibus repetitis se-
cundum se; non vero formaliter
prout subeunt munus subjecti, aut
predicati; sic enim in syllogismo ad-
ducto vox *animal* v.g. non foret unus
terminus, sed duplex, cum semel sub-
iectum sit, semel predicatum. Nec
computanda est varietas quantitatis
notata signis *Omnis*, *Aliquis* &c. a qua
in ordine ad Argumentationem non
enferetur variatio terminus ex quanti-
tate, nisi hæc sit maior in Consequen-
ti, quam in Antecedenti.

Prima prius subicit Medium, dein predicit ipsum.

Altera his dicit: his ter-

Figura quæque varia
confinet Modos. Est autem Modus
in præsentia, p. remissorum ad con-
cludendum apta dispositio secundam

(a) Tota hæc doctrina ex Aristot. in Libr. Analytic.

(b) Ex Aristot. I. Prior. caps. 4.

4. Forma Syllogismi con-
sistit in triplici copulâ enuntiatiâ,
prout ita respiciente Medium, & Ex-
tremis, ut ex duabus enuntiationibus
tertia necessariò sequatur, addita
etiam particula Ergo, quæ dicitur co-
pula rationalis. Continet Forma syl-
logistica Figuram, & Modum, sine
quibus illegitima, & inutilis erit. Fi-
gura est Extremorum cum Medio ad
concludendum apta collocatio secundum
rationem subiecti, & predicati. Et quia
collocatio, seu combinatio hæc tri-
plex esse potest, ideo Figura Syllogis-
tica triplex est. (a). Prima, quæ
subicit Medium in Præmissâ Maio-
re, & illud prædicat in Minore. Se-
cunda, quæ Medium prædicat in
utramque Præmissâ. Tertia, quæ Me-
dium in utramque subicit. Triplex est
terminorum situs (b): nempe in-
fimus, quo terminus tantum subjec-
tur; supremus, quo tantum prædicar-
etur; & medius, quo in altera Præmis-
sâ subicitur, & prædicatur in alterâ.
En primâ ergo Figurâ Medium ter-
minus situm occupat medium, in se-
cundâ supremum, in tertâ infimum.
Hæc vt memoriaris teneas, accipe ve-
tustum versiculum.

Subj. præ: prima: secunda bis:
præ: tertia bis subi. Videliores hoc
ce: ut et omnis dñe in te uniu-
ersus es. In te q. roris

ram,

ram; & Medium habuerit idoneum. Hic v. g. *Omnis animal est vivens*, sed *omnis homo est animal*, ergo *omnis homo est vivens*; idcirco rectus est, quia ritu primæ Figuræ prius subiicit, dein prædicat Medium homo; & præterea, quia servat Medium *Barbara* (qui primus est plurimæ Figuræ), dum ita disponit Præmissas secundum quantitatem, ut *vraque* sit universalis; ita quoque secundum qualitatem essentiæ, ut *vraque* sit affirmativa.

Sed, quia dispositio quantitatis, & qualitatis potest esse multiplex, ac varia, & nunc apta, nunc inepta ad concludendum; sci-re oportet, quotuplex sit Modus utilis, atque etiam quandam ad-sint Modi inutiles. Utiles ergo com-muniter à Dialecticis numerantur vnde viginti, quorum efficacitatem demonstrat Aristoteles (c): & car-minibus hisce notantur.

Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipton.
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisefomorum.
Cesare, Camestres, Festino, Baroco. Darapti.
Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

¶ **Quorum mysterium non veris, nota.** I. vnaquaque Dictio suum designat Modum Syllogismi à ritè concludentis, cuius tres enuntiationes notantur tribus litteris vocalibus, exponendis iuxta versiculos, Afferit A, negat E, &c., de quib. Disp. prædict. cap. 4. n. 5. Prima vocalis denotat Præmissam Maiorem, secunda Minorem, tercia Conclusionem. Not. 2. in Dictionibus *Baralipton*, & *Frisefomorum*, nonnisi tres priores vocalis computandæ sunt; nam reliqua solius metri gratiâ ponuntur. Not. 3. novem priores Modi pertinent ad primam Figuram: quatuor sequentes ad secundam: sex reliqui ad tertiam. Not. 4. ex novem Modis prima Figura quatuor priores directè concludunt; cæteri indirectè. Tunc concluditur directè, cum extremum Maius in Conclusione prædicatur; cum autem subiicitur, tum concluditur indirectè.

8. Positis igitur his Præmissis: *Omnis homo est animal*, *Aliquod rationale est homo*, quæ sunt in primâ

Figurâ; si ita concludas, ergo aliquod rationale est animal, directè concludis, quia Maius extreum animal in Conclusione prædicat: ideoque efficiens syllogismum in *Darij*: si autem ita inferas, Ergo aliquod animal est rationale, concludis indirectè, quia subiicitur in Conclusione idem Maius extreum animal: & idcirco syllogismum efficiens in *Dabitis*. Quæ eodem exemplo simul vides, istarum Dictionum vocalibus, A, I, E, respondere tres enuntiationes affirmativas, primam universalē, & quas partiales.

9. Quodsi de simili valore vocalium exemplum petas in secundâ Figurâ, quæ Medium bis prædicat, accipe: *Nullus lapis est animal*, sed *omnius leonis est animal*, ergo *nullus homo est lapis*: qui syllogismus est in *Cesare*, cuius vocales, E, A, E, denotant tres enuntiationes universales, primam, & tertiam negativas, & secundam affirmativam. En item exemplum tertiae Figuræ, quæ Medium bis subiicit: *Nullus homo est leo*, sed *aliquis homo est animal*, ergo aliquod ani-

animal non est leo: qui syllogismus, cum habeat Maiorem univeralem negativam, Minorem particularem affirmantem, & Conclusionem particularem negantem, spectat ad Modum *Ferison*, iuxta valorem vocarium, E, I.O. Pari ratione facile cuique erit Syllogismos in reliquis Modis efformare, dum tamen meminere, qui Modi cuiusque Figuræ sint proprii.

Circum Figuras, & Modos Dubitationes aliisque resolvuntur.

10 *Dubit.* 1.: quæ Præmissa in Syllogismo sit Maior? quæ Minor? Hoc dubium præmittimus; quia ex eius resolutione non parum pendet doctrina sequentium. Plures ergo Dialectici censent, Maiorem esse, quæ magis est universalis: quodsi utraque sit æqualis, eam esse Maiorem, quæ ordine temporis, aut proportionis prima est; & quæ sequitur, esse Minorem. Sed hac, & aliis opinioribus omisis, vera sententia, que gravibus placet Auctoriibus, afferit in primis, Maiorem esse, quæ Maius continet Extremum; Minorem, quæ Minus Extremum claudit: afferit deinde, illud esse Maius Extremum, quod magis prædicatur in Syllogismo; & Minus, quod minus prædicatur.

11 Prima pars assertionis probatur. Tum quia Præmissis vtimur propter inferendam identitatem, aut distinctionem Extremorum: congruum est igitur, ut ab Extremis, tanquam à fine, denominationem accipiunt. Tum quia Præmissæ inter se discernuntur, quatenus unaquaque suum continet Extremum; nam in Medio convenienter: ergo discrimen Extremorum *Maioris*, & *Minoris* in Præmissas refudatur. Tum etiam,

quia sic regula certa statuitur Figuris, & Modis Aristotelicis accommodata. Si enim ex mero ordine prolationis denominarentur Præmissæ *Maior*, & *Minor*; Modorum numerus esset duplo maior: nam prater *Barbara*, *Celarent*, *Darii*, deberent addi *Barmada*, *Calerent*, *Dirai*, & sic de reliquis.

12 Secunda vero pars assertionis constat 1. ex Aristotele (c), qui non aliunde metitur *Maius* extrellum in omnibus Figuris, quam ex maiore prædicatione. Constat 2.: quia prædicatum præst, subiectum subest; & ex terminis maius quid est præsse, quam subesse. 3.: quia subiectum, & prædicatum proportionem quandam habent cum subiecto, & formâ physicis: forma autem physica ex genere suo nobilior est subiecto.

13 Hinc inferes, in Modis directis primæ Figuræ, ut cum in *Darij* sic arguis, *Omnis homo est animal*, sed *Petrus est homo*, ergo *Petrus est animal*, Maius extrellum est animal, quia bis prædicatur; *Petrus* autem nec semel. Pariter in Modis indirectis (ut si ex eisdem Præmissis in *Dabitis* inferas, ergo aliquod animal est *Petrus*), Maius extrellum erit animal; quia, licet non prædicetur plurius, quam *Petrus*, tamen prædicatur prius, & quidem non per accidens, sed per se, ac se iure: prioritas autem huiuscmodi est quedam maioritas, & præcellentia prædicationis, saltè intensiva. In secundâ Figurâ Maius extrellum est, quod semel prædicatur, scilicet in Conclusiones Minus verò, quod nullibi prædicatur. In tertâ denūm est Maius, quod bis prædicatur in toto Syllogismo; & Minus, quod semel tantum.

14. Sed obic.: iuxta hanc doctrinam, ratio Maioris, aut Minoris extremi sèpè à Conclusione pendet: hoc autem falso esse videtur; quia pro priori ad Conclusionem iam datur Præmissa Maior, & Minor, atque adeò Maius, & Minus extrellum. Resp.: in secundâ, & tertîâ Figurâ, in quibus magis urget difficultas, priori ad Conclusionem denominatio Maioris, aut Minoris, suspensa est, nec plenè refusa; idque sine incommodo: quia est denominatio partim extrinseca Præmissis, & Extremis, prout ibi positis, pendens scilicet ab eorum munere in Conclusione subeundo.

15. Quapropter ex his Præmissis secundæ Figuræ, Nullus lapis est animal, Omnis homo est animal, nulla determinata est Maior, aut Minor, donec inferatur Conclusio altera ex duabus ibi precontentis: potest enim inferri hæc, Ergo nullus homo est lapis, tuncque Syllogismus erit in Cesare, & prima Præmissa erit Maior, secunda Minor: potest item inferri hæc altera, Ergo Nullus lapis est homo, tuncque Syllogismus erit in Camestris, & seunda Præmissa erit Maior, prima vero Minor, quin obstat accidentarius ordo prolationis. Idem cernere licet in Modis Disjunctis, & Disjunctis tertiiæ Figuræ. Monuerim tamen, inter disputandum patsum ab omnibus appellari Maiorem, quæ primum proferitur; & Minorem, quæ sequitur: quia scilicet istarum denominationum radicem, tunc attentius examinare nec vacat, nec interest.

16. Dicit. 2., an sit admittenda quarta Figura Syllogistica? Ratio affirmandi esse potest: quia Figura nihil est aliud, quam Extremorum cum Medio colloccatio: hæc autem colloccatio variari potest quadrifac-

riam, nimurum tribus modis supra num. 4. propositis, & insuper ita: Medium prædicetur in Maiore, & subiiciatur in Minore, ex quo resultabit quarta Figura, quæ proponi poterit hoc versu: Quarta prius dicit Medium: dein subiicit ipsum. Propterea quartam Figuram (quara Galeno tribuit Averroes, ideoque Galenicam vocant), admittunt aliqui, & eius specimen exhibent hoc Syllogismo: Omnis homo est animal, Omnis animal est vivens, ergo aliquid vivens est homo.

17. Sed communis Dialecticorum sententia Galenicam Figuram reicit variis argumentis. Ex præcedenti resolutione reicitur facillime: nam iuxta nostra principia numquam fieri potest, ut Medium prædicetur in Maiore, & in Minore subiiciatur: quoties enim Medium in medio situ est (de subiectione scilicet, & prædicatione participans), tecumque transponantur Præmissæ, semper est Maior, quæ Medium subiicit, cum continet eo ipso Maius extrellum; altera vero semper Minor est. Quare semper in primâ sumus Figurâ, quæ Medium prius subiicit, dein prædicat: subiicit, inquam, prius, non quidem prioritate temporis, aut prolationis (qua valde materialis est, & Syllogismi sensum nibil variat), sed prioritate dignitatis, quatenus subiicit in eâ Præmissâ, quæ dignior, & Maior est. Hinc Syllogismus ille numeri 16. conceptus est in primâ Figurâ, iuxta Medium indirectum Barcipton, & eius prima Præmissa est Major, secunda Minor.

18. Dices: diversus terminorum situs variat Figuras: ergo pariter diversa colloccatio Præmissarum. Neg. Conseq.: quia colloca-

tio, sive ordo temporis, aut prolationis in Præmissis merè accidentarius est Syllogismus, nec enuntiationes vllateus diversas efficit, aut earum modera significandi mutat. At diversus terrainorum situs intrinsecè variat Syllogismum, & enuntiationes, saltem in modo significandi, reddit essentialiter diversas. Vbi nota, nō satis consequenter negari Figuram Galenicam ab ijs Thomistis, qui Præmissas *Maiorem*, & *Minorem* à solo prolationis ordine denominari volunt. In his enim principijs Syllogismus num. 16. nec ordine, nec dignitate prias subiicit Medium, quām prædicat: nequit ergo assignari Primæ Figuræ, cuius character est *Sub. p.c.*, ex num. 4.: cum igitur ad secundam, & tertiam non spectet, ut quisque videt, supereft, ut pertineat ad quartam, cuius character sit *Pre. sub.*

19. *Dubit.* 3.: quænam è tribus Figuris sit præstantior? *Resp.* Prima proculdubio. Concludit estimularius, & evidentius cæteris, præsertim in Modis directis, ad quos propterè reducuntur alias Modis Figurarum maioris evidentiaz gratiâ. Adde quòd in eâ terminorum situs aptior est, siquidem medius terminus situm occupat sibi connaturalem, nemp̄ medium. *Dubit.* 4.: vtrum Modi secundæ, & tertiae Figuræ possint concludere indirecte? *Resp.* Consequenter ad nostra principia non possunt. Ratio: quia in præsenti nihil aliud est concludere indirecte, quām prædicari in Conclusione Minus extrellum: at hoc accidere non potest in secundâ, & tertiat Figurâ; quandoquidem, ut suprà ostendimus, in his Fi-

guris Minus extrellum semper est, quod in Conclusione sublicitur, & Maius, quod prædictatur: vnde quocumque extrellum prædictetur in Conclusione, eo ipso definit esse Minus, & fit Maius, ac proinde Conclusionis nunquam evadit indirecta.

20. Sed quidquid sit de voce *indiretta*, quari potest, vtrum in secundâ, & tertiat Figurâ possit alterutrum extrellum indifferenter in Conclusione prædicari? *Resp.* 1. In secundâ Figurâ positis Præmissis universalibus, alterâ affirmativa, & alterâ negativa, promiscue prædicari valet in Conclusione quolibet extrellum; sicut tamen, ut varietas hæc importet varietatem Modorum. Exempli habes suprà num. 15. *Resp.* 2. In tertiat Figurâ licet pariter id ipsum, positis Præmissis affirmativa, alterâ universalî, & alterâ particulari, ita ut Modorum etiam varietas iaducatur. Quare ex his Præmissis, *Omnis homo est vivens*, *Aliquis homo est rationalis*, poteris, vel concludere sic, *Ergo aliquod rationale est vivens*, eritque Syllogismus in Darapti: vel etiam sic, *Ergo aliquod vivens est rationale*, faciesque Syllogismum in Disamis.

21. *Resp.* 3. In Darapti eadem extreorum transpositio locum habet. His enim positis, *Omnis homo est vivens*, *Omnis homo est rationalis*, fas erit in Conclusione prædicare vel *rationale*, vel *vivens*. Illa tamen Præmissa, cuius fuerit extrellum in Conclusione prædicatum, erit Maior; altera, Minor: resultabitque ex hac prædicationis varietate duplex Syllogismus ad eundem pertinens Modum.

22. *Resp.* 4. In reliquis

Modis secundæ, & tertiae Figuræ non licet vi formæ promiscua prædicatio extremorum in Conclusio-ne. V. g. in *Festino* secundæ Figuræ, ex his Præmissis, *Nullus ho-mo est leo*, *Aliquod animal est leo*, rectè concluditur, *Ergo aliquid ani-mal non est homo*; scilicet verò, *Ergo aliquis homo non est animal*. Ex his item in *Ferison* tertiae Figuræ, *Nulla planta est animal*, *Aliqua plan-ta est vivens*, sequitur quidem, *Ergo aliiquid vivens non est animal*; nequitam verò, *Ergo aliquod ani-mal non est vivens*. Itaque pro Modis, quos hac quartâ respon-sione complectimur, Regula gene-ralis sit: Quod in secundâ Figu-râ Conclusio prædicare debet Ex-tremum contentum in Præmissâ vniuersali, quæ proinde semper est Maior: in tertia verò, Extremum contentum in Præmissâ negativâ, quæ Maior semper erit. Unde hoc etiam colliges: Quoties Conclusio potest converti simpliciter, aut per accidens, licebit inferre vel Con-versam, vel Convertentem, alterutrum Extremum prædicando in omni Figurâ.

23. *Dubit.* 4.: an præter Modis nra. 6. regentos alij super-sint ad concludendum utiles? *Resp.* Alij quinque superflunt, quos Lyncæus noster hoc carmine com-prehendit: *Tesandres*, *Falaris*, *Pe-lago*, *Centauro*, & *Aresto*. Tres priores respondent Modis *Celarent*, *Barbara*, & *Celantis*, primæ Figu-ræ: duo reliqui, Modis *Cesare*, & *Camfis*, secundæ Figuræ: hoc tamen discrimine, quod hi Aristotelici Conclusionem inferunt sub-alternatam, sive vniuersitatem; illi verò Lyncæi, non nisi subalter-natam, aut particularem. Qua-

re, n̄ habet, eosdem vocare pos-teris *Barbari*, *Claro*, *Celanto*, *Ce-saro*, & *Camfis*. Enim verò, si diversitas Conclusionis directæ ab indirectâ, seu Conversæ à Con-vertente, Modos multiplicat, ut pa-tet in Modis primæ Figuræ, v. g. in *Darij*, & *Datis*; non est cur idem praestare neq; est diver-sitas Conclusionis Subalternantis à Subalternatâ, quæ minor certè non est.

24. Addo, in omni Figu-râ posse rectos fieri Syllogismos de Medio communi (ac proinde non Expositiorios), qui ad nullum ex supra dictis Modum spectent si scilicet maius Extremum sit ter-minus singularis, & ex Præmissis Maior sit affirmativa, Minor nega-tiva. Exemp. c. in primâ Figurâ: *Aliquis homo est Petrus*, *Sed nullus lapis est homo*, *Ergo nullus lapis est Petrus*. In secundâ Figurâ: *Petrus est homo*, *Sed nullus lapis est homo*, *Ergo nullus lapis est Petrus*: vel etiam, *Sed aliquis lapis non est ho-mo*, *Ergo aliquis lapis non est Pe-trus*. Item in tertia: *Aliquis homo est Petrus*, *Sed nullus homo est la-pis*, *Ergo nullus lapis est Petrus*. Pro his igitur Syllogizandi Modis oportebit alias configere Dictiones.

25. Denique *Dubit.*: quot sint Modi ad concludendura inuti-les? *Resp.* Ad tringinta quatuor numerari possunt; quos tamen hinc receniere nec est necesse, nec va-cat. Eos, vbi occurrerint, facile discernes ex Regulis cap. sequent. tradendis; atque etiam ex discre-pantiâ à Modis utilibus
hucusque recensi-tis.

CAP. IV.

De Principijs, ac Regulis, quibus nuntiatur

Vis Syllogistica.

Syllogistica vis, & efficacitas in concludendo, iuxta Aristotelem (a), nuntiatur duobus hinc Principijs: *Dici de omni*, & *Dici de nullo*. Primum regulat Syllogismos affirmativè concludentes; & sensus illius est: *Quidquid verè affirmatur de subiecto distributivè sumpto, pariter affirmari debet de singulis sub eo contentis, aut de quibus tale subiectum affirmatur*. Secundum regulat Syllogismos negativè concludentes; & ita exponitur: *Quidquid verè negatur de subiecto distributivè sumpto, negantur pariter de singulis sub eo contentis, aut de quibus affirmasur subiectum ipsum*. Quod igitur apte concludat hic Syllogismus in *Barbara* v. g., *Omnis animal est vivens, Omnis homo est animal, Ergo Omnis homo est vivens*; sic demonstratur: Vivens verè affirmatur de animali distributo, ut in Maiore concedis: sub animali continetur omnis homo, ut faceris in Minore: superest igitur, ut in Conclusione verè affirmetur vivens de omni homine, si valet illud, *Dici d' omni*. Similiter demonstratur efficacitas huius in *Celarent* Syllogismi: *Nulla arbor est animal, Omnis Palma est arbor, ergo nulla Palma est animal*; nam si animal, ut in Praemissis conceplum est, verè negatur de omni arbore, sub quā continetur omnis Palma, de hac etiam verè negabitur, nisi ruat illud, *Dici de nullo*.

His Principijs regulantur syllogismi.

(a) i. Prior. c. x.

tur: immediate quatuor priores Medi: prima: Figure: mediætate exteri omnes, quatenus ad quatuor illos reduci possunt ex dicendis cap. sequent. Sed nota, per ea Principia regulari quoque Syllogismos, quorum Praemissæ sunt æquales in latitudine subiecti; v.g. *Omne animal est vivens, Omne sensitivum est animal, Ergo omne sensitivum est vivens*. Quamvis enim sensitivara non continetur sub animali tanquam inferius, sed cum eo reciprocetur; verè tamen de sensitivo affirmatur animal; quod sat est, ut in eo valent illa Principia, prout à nobis exposita numer. praecedent.

3. Si quaras, an etiam per eadem reguletur Syllogismus Expositorius? Suat, qui negent; eo quod Expositorius constet Medio singulari, distributionis incapaci; illa autem Principia Medium exigunt distributum, seu distributivè acceptum. Pro regulandis igitur Syllogismis Expositorijs alia duo Principia ex Aristotele (b) desumunt, videlicet: *Quae sunt eadem tñi tertio, sunt eadem inter se: Quae distinguuntur in tertio, distinguuntur inter se*. Primum sustinet Syllogismos affirmativos, secundum negativos. In hoc enim, *Petrus est sapiens, Hic homo est Petrus, Ergo hic homo est sapiens*; idcirco bene concluditur identitas extremorum *hic homo*, & *sapiens*, quia in Praemissis utrumque ponitur identificatum, cum tertio *Petrus*. Similiter in hoc, *Cicero non est Cesar, Tullius est Cicero, Ergo Tullius non est Cesar*; idcirco colligitur distinctio extremorum *Tullius*, & *Cesar*, quia

M 3

(b) 7. Topic. c. 1.

distinguuntur in tertio *Cicero*, id est, alterum identificatur cum tertio, alterum à tertio distinguitur; quod est distinguiri in tertio: nam si neutrum cum tertio identificaretur, non essent distincta in tertio, sed à tertio. Immo plures hæc Principia extendunt ad Syllogismos etiam de Medio communis; quos certe ideò recte concludere idealitatē, aut distinctionem Extremorum, quia hæc supponuntur in Præmissis identificata vni tertio, nempè Medio, aut in eo distincta.

4. Alij tamen pugnant pro Principijs *Dici de omni* &c.. Tum quia his solis vtitur Aristoteles ad regulandos Syllogismos: illa autem, Quem sunt eadem vni tertio &c., nusquam ad tale munus adhibuit: nec facile applicari possunt Syllogismis de Medio communis, nisi multâ limitatione, vel expositione donentur. Tum quia terminus singularis, quamvis inferiora sub se non habeat, capax est distributionis, quam vocant *negativam*; vt si *Petrus* v. g. accipiat pro omni eo, à quo non distinguitur; & huius propositionis, *Petrus currit*, sensus sit, *Nihil est indistinctum à Petro, quod non currit*.

5. Et verò hoc genus distributionis agnoscunt, requiruntque ipsi etiam patroni Principiorum, Quae sunt eadem vni tertio &c., dum sermo est de quibusdam Syllogismis circa Mysterium Trinitatis, qui videntur Expositori. Rogati enim, cur male concludat hic Syllogismus v. g. *Hic Deus est Pater, Filius est hic Deus, ergo Filius est Pater;* respondent, ideò male concludere, quia medius terminus hic Deus, sicut singularis, non plenè distribuirur, seu non accipitur pro omni eo, quod est indistinctum à Deo? non enim illa Maior propositio reddit hunc sensum, Quidquid est hic Deus,

(c) Suprà Disp. 6.c.5.n.3.

Syllogismos:

est Pater, vel, *Nihil est indistinctum à hoc Deo*, quod non sit Pater; si tamen aliquis ex his modis exponeretur, falsa quidem esset; sed tunc positis Præmissis legitima foret illatio.

6. Hæc omnia probabilitas utrimque dicuntur. Vtraque Principia non in merito dixeris totidem polos Artis Syllogisticae, quibus ianixa circumfertur passim in Scholis. Qualiter autem hæc ars locum habeat in Divinæ Triados mysterio, difficultas est Theologici iuris. Nobis dicere sufficiat, distributionem *negativam*, de quâ num. 4., necessariam esse in Medio singulari: semper tamen intelligi, quamvis non exprimitur, quoties Medium est terminus omnino singularis, vt reverè est quicumque significat singularitatem in rebus creatis, imò & in Divinis, dum à Trinitate prescinditur. Ceterum, habitâ ratione Trinitatis, terminus *Deus* (& quisvis alius entitatem Dei absolutam denotans, vt hic *Deus*, *Essentia*, five natura *Divina* &c.) non est ita omnino singularis, vt non conveniat aliquatenus cum termino communi: est etenim quasi medius inter communem, & singularem, vt alibi notavimus (c) ex D. Thomâ. Idcirco talis terminus, vt in Medium Syllogisticum assumatur, debet expreſſe distribui; non quidem immediatè per signum *Omnis* (nam si dicatur *Omnis Deus*, aut *omnis Essentia Divina*, indicabitur falsa pluralitas Deorum, aut Essentiarum); sed mediate sc̄c, *Omnis* quod est *Deus*; aut certè modo dicto numero precedet.

Regulae Syllogismorum generales.

7. Regula 1.: *Syllogismus* debet tribus tantum constare terminis. Ratio: quia Aris Syllogistica tota est

In conclusionā identitate; vel distinctione duorum Extremorum ex co-
rrespondē comparatione cum Medio:
cui operi tres termini sufficiunt. Tres,
inquam, vel simplices, vel complexi,
qui sēpē multis dictiōibus constant.
Si tamen dictio sit exclusiva, aut ex-
ceptiva, non est idonea Syllogismo;
quia non solum terminos, sed Præ-
missas multiplicat. Vnde non valet:
Omnis rīsibile est anima', sed *omnis, &*
solutus homo est rīsibilis, Ergo *omnis, &*
solutus homo est animal: quia Minor est
æquivalenter duplex, altera affirmans,
altera negans, ex Disp. 7. cap. 6. De-
bent autem ijdēa termini invariati
servari in toto Syllogismo, retentis
ijsdem proprietatibus suppositionis,
ampliationis, appellationis &c.; ali-
ter non erunt tres tantum, sed plures.
Mutatio tamen suppositionis distri-
butivæ in aliam inferiorem non ob-
sat: quia permittitur per ea Princi-
pia. *Dici de omni &c.*

8 Reg. 2.: *Medium ut tale*
nunquam est in Conclusione. Ratio:
quia in Conclusionē ponitur id, quod
probari intendit, nēpē duarum
Extremitatum identitas, vel distinc-
tio. Dico, *Medium ut tale*: quia poterit
Conclusionem ingredi, si manus
etiam Extremi gerat aliquatenus, vt
Omnis homo est homo doctus, *Petrus est*
homo, Ergo *est homo doctus*.

9 Reg. 3. In altera saltu
Præmissa debet Medium complecē dis-
tribui. Ratio: quia aliter Extrema non
erunt eadem nisi tertio, nisi secundūm
partes distinctas eiusdem tertij: ex
quo non sequitur ipsorum identitas
inter se. Item quia sic postulant Princi-
pia. *Dici de omni &c.* Vnde claudi-
cat hic Syllogismus: *Omnis homo est*
animal, *Omnis equus est animal*, Ergo
omnis equus est homo: quia Medium
animal nullibi distribuitur. Fit autem

distributio, vel per signum Omnis, aut
nihil, cùm Medium subiectus; vel
per enuntiationē negativā, m. tamen
Medium prædicatur, vt accidit in ter-
cundā Figurā: hæc enim v. g. *Lapis*
non est animal, recedit hanc ienit, *Lapis*
non est ullam ex-animalium. Di-
xi, complete: quia distributio incom-
pleta non sufficit, vt *Omnis animal*
fuit in Arca Noe, *Bucephalus est ani-*
mal, Ergo *fuit in arca Noe*.

10 Reg. 4. *Extremum non*
distributum in altera saltu Præmissa,
nequit in Conclusionē distribui. Vnde
male argues: *Omnis homo est rationalis*,
Aliquod animal est homo, Ergo *Omnis*
animal est rationale. Ratio: quia in
Conclusionē ponitur maior identi-
tas, quam que statutur in Præmis-
sis.

11 Reg. 5. Ex pars parti-
cularibus (idem potest de indefinitis
in materia contingenti) n̄ il sequi-
tur. Ratio: quia, si Medium sit parti-
culare, non distribuitur: & genera-
tum ex duabus Præmissis particularib-
us nulla fieri potest combinatio, que
sit in aliquo ex Modis nullibus, cap.
præced. numeratis. Regula tamen in-
telligenda est de Syllogismis absolu-
tis, ac de Medio communis non enim
tenet in Hypotheticis, aut constanti-
bus Medio singulari. Addenda item
hæc exceptio: Nisi terminus particu-
laris resumatur cum relativo identi-
tatis. V. g. *Aliquis homo est alius*, sed
idem est miles, Ergo *aliquis miles est al-*
bis: qui Syllogismus recte concludit,
quia Medium particolare vi relativi
redditur æquivalens singulbi.

12 Reg. 6. Ex pars negati-
vis in Syllogismo nihil sequitur. Ratio:
quia Præmissæ purè negativa nec
identificant Extrema cum Medio, si-
ve tertio, nec distinguunt in tertio,
sed à tertio, nec regulantur per illud,

Dicitur: nullo; ut ex eius explicacione liquidam est. Sed intellige, nisi Praemissa negativa tales sint, ut se ferunt aequipollent affirmativis servantibus Figurata, & Modum utilem: tunc enī, si non ratione proprie formā, solum merito iūtius aequipollentibz, poterant aptē concludere. Hanc, si obiectus n. hōs. Syllogismos aptē concludentes: Nullus homo est leo, Nullus homo est aquila, Ergo aliquid, quod non est aquila, non est leo. Nullus non vivens est homo, Nullus lapis est vivens, Ergo nullus lapis est homo. **Resps.** Primus idēo bene concludit, quia Minor aequivaleat huic affirmativa de predicato iūfuit, Omnis homo est non aquila, quam si subtilitas, Syllogismus erit in tertia Figurā, & in Modo Felapton. Secundus idēo, quia, si Minor reducatur ad istam aequivalentem, Omnis lapis est non vivens, resultat Syllogismus in Celarent.

13. Si obiectus 2. sequentes: Nullum animal est lapis, Nullus homo est aliud ab animali, Ergo nullus homo est lapis: Nullus equus moveatur, Nullus equus quisicit, Ergo nullus equus existit: Quod non est animal, non est homo, Nullus lapis est animal, Ergo nullus lapis est homo: Nulla pura creatura est aequi perfecta, ac Mater Dei, Nulla pura creatura est aequi perfecta, ac Virgo Maria, Ergo Maria Virgo est Mater Dei.

14. **Resps.** Primus idēo concludit, quia Minor est aequivalenter hoc, Omnis homo est animal, quā subrogari, pertinet ad Celarent. Secundus concludit ratione materia: non tamen vi formā, nisi subaudiatur hoc Praemissa, Quidquid existit, vel moveatur, vel quisicit, sum si ita subsumas, Sed nullus

equus moveatur, aut quisicit, sequitur. **Conclusio vi** formā in Celarent. Tertius Minorēt habet aequivalentem huic, Omnis lapis est non animal, vel est quod non est animal, concluditque in Celarent.

15. Quartus denique concludit ex materiā, non ex formā, ut pareat in hoc: Nulla pura creatura est aequi perfecta, ac Deus, Nulla pura creatura est aequi perfecta, ac Virgo Maria, Ergo Maria Virgo est Deus: ubi sub cēdēti formā falso concludit. Si tamen Syllogismus ille ponatur aequivalenter affirmativus, hoc sensu: Mater Dei est una ex puris creaturis, perfectior ceteris, Virgo Maria est una ex puris creaturis, perfectior ceteris, Ergo Virgo Maria est Mater Dei: vi forma concludet.

16. Reg. 7. **Conclusio** sequitur debiliorem partem. Regula hīc magnas excitat in Theologīa literis. Nobis admittenda nunc est quantum ad quantitatē, & negationē, quidquid sit de evidentiā, certitudine, supernaturalitate &c. Itaque in Syllogismo categorico, ubi altera Praemissa universalis est, altera particularis, aut singularis; Conclusio particularis, aut singularis esse debet, vt etiam negativa, si altera ex Praemissis negativa sit: quo vacato sequetur partem debiliorem, si ve imperfectiore, qualis centetur particularis comparatione universalis, & negatis respectu affirmantis. Ratio Regula sic accepta est: quia Syllogismus, cuius altera Praemissa est negativa, regularatur per illud, *Divisi de nullo*, vel, *Quae distinguuntur in tertio &c.*; utrumque autem postulat, vt Conclusio alterum Extremum de altero neget. Item, ubi

altera Præmissa est particularis, nullus est Modus utilis, qui Conclusionem inferat univ ersalem, ut confitat ex Cap. præced.

7 Excipe tamen 1. Syllogismum Expositorium, qui ex altera Præmissa singulari interdùm concludit universaliter: ex. g. *Hic Rex Hispanorum est Philippus V.*; sed nullus *Tartarus est Philippus V.*; Ergo nullus *Tartarus est hic Rex Hispanorum*. Excipe 2. syllogismos, quibus maior Extremitas est singularis, de quibus cap. 3. num. 24. In his quippe reipsa virge Principium, *Dici de nullo*. Sed adhuc contrà Regulam obiicies: hic syllogismus, *Omne animal est vivens*, Aliquod animal non est homo; Ergo aliquid, quod non est homo, est vivens, rectè concludit affirmativè ex altera Præmissa negativâ. Resp. Ideò concludit, quia Minor concordat huic affirmanti, *Aliquod animal est non homo*, vi cuius pertinet ad Modum Datis. Vid. num. 12. Idem accidit huic: *Quod non est, non agit*; sed Sol agit; Ergo Sol est: concludit enim, quia Major est virtualiter hanc, *Quidquid agit, est*; atque ita spectat ad *Datis*.

8 Hic addi solent Regulae singulis Figuris peculiares, vt: Quod in Modis directis prima Figura Maior nunquam est particularis, nec Minor negativa: Quod in secundâ Figurâ nihil concluditur ex Maiore particulari, nec ex puris affirmativis; & Conclusio semper est negativa: Quod in tertia Figurâ nihil sequitur ex Minoie negativâ; & Conclusio semper est particularis. Sed hæc omnia facile percipiuntur ex Dictionibus postis cap. præc. n. 6., si modò limitationem adhibeas numeri

CAP. V.
De Reductione imperfectorum Syllogismorum ad perfectos.

1 **Q** uamquam omnes Syllogismi cuiusque Figure necessariò, & vi formæ concludant, ideoque debeant omnes hac ratione vocari perfecti; sed tamen quatuor priores Modi prima Figure perfecti dicuntur ex capite claritatis: quia tantâ perspicuitate, & evidentiâ concludunt, vt stipes sit, qui necessarium. Consequentia non videat. Ceteri vero omnes vocantur imperfecti ex aliquo defectu claritatis, quo necessitas Consequentia dubia, vel nulla nonnunquam videbitur ingenio minus perspicaci. Quam ob rem, vt nullus esset tergiversandi locus, inventa est ars ingeniosa quidem, sed inter disputandum virginaquam ad viam redacta) reducendi Syllogismos imperfectos ad aliquem ex quatuor illis primis Figure Modis, planioris evidentiæ gratiâ.

2 Est autem Reductio syllogistica duplex. Prima dicitur Ostensiva, seu per ostensionem: secunda, ad impossibile, seu per impossibile. Ostensiva fit Conversione alicuius, vel aliquarum enunciacionum, addita nonnunquam transpositione Præmissarum, ita vt Major sit Minor, &c. è converso. Pro quo nota. Dictiores Modorum indices, cap. exarata, incipiunt à litteris B,C,D,E; quibus indicantur Modi perfecti, ad quos imperfectus quisque revocatur. Modus igitur imperfectus ad illum reducitur, cum quo in litterâ initiali convenit: videlicet, *Batalipten*, ad *Batalipti*; *Celantes*, *Cesare*, & *Campani*; *Dabitis*, *Daranti*, *Disamis*, & *Datis*, ad *Datis*.

*Fapesimo, Celerant, Fesimo, Felapton,
& Ferisimo. P. 10.*

3. Primum, in iisdem Dictionibus littera S denotat, convertenda simpliciter enuntiationem, quæ vocali præcedenti responderet: littera P, convertendam per accidens: littera M, transponendas esse Præ-

*Simpliciter verti vult S: P verò, per accid.:
M vult transponi; C, per impossibile duci.*

4. Exemplis res clarescer. Ut reducas hunc Syllogismum, *Omnis homo est animal, Nulla arbor est animal, Ergo nulla arbor est homo;* quem vides esse in *Camestros*; observa 1., Modum istum reduci ad *Celarent*, quia incipit à C: 2., Minorem, & Conclusionem simpliciter convertendas esse, quia vocales secundam, & tertiam subsequitur S: 3., Premissas debere transponi, quia abest M. Sic ergo discursum reformabis: *Nihil animal est arbor, Omnis homo est animal, Ergo nulus homo est arbor.* En Syllogismum in *Celarent*; ex eius Conclusione poteris iare Conversionis eandem colligere, quam prius intendebas.

5. Similiter, ut hunc reducas, *Nullus homo est leo, Omnis homo est vivens, ergo aliquod vivens non est leo;* cum videris esse in *Felapton*, tene Premissas eodem situ, quia abest M: nullam convertito simpliciter, quia abest S: solam Minorem convertito per accidens, quia secundam vocalem subsequitur P: quibus servatis, Syllogismum in *Fero* sic efficeris: *Nullus homo est leo, Aliquod vivens est homo, Ergo aliquod vivens non est leo;* ubi Conclu-

Maior sit Minor, & sit Contradictio Maior.

Excipe *Celantes*, in quo pervertitur ordo.

Servat Maiorem, variatque secunda Minorem.

Tertia Maiorem variat, servatque Minorem.

Syllogismo.

millas, ut si Minor, quæ Maior erat, sit è contrario. Asdem littera C non initialis indicat, Modos, quibus inest, non posse reduci per Ostensionem, sed per impossibile dumtaxata. Hi sunt *Baroco*, & *Bocardo*. Totum hoc artificium notatus his verbis.

sio eadem, quam optabas, preedit evidentior. Id ipsum facile iam praeflabis in ceteris Modis. Tantum nota pro *Baralipton*, litteram P non indicare, quod per accidens convertatur Conclusionis; sed quod ex eisdem Praemissis inferri possit in *Barbara* Conclusioni universalis, ex qua per accidens conversa resurget Conclusionis Modi *Baralipton*.

6. Reductio per impossibile instituta est, ut adversarius, qui, concessis Praemissis alicuius Modi imperfecti, Conclusionem proterè negat, per Syllogismum perfectum cogatur ut simul veras admittere duas Contradicторias, vel Contrarias; aut certè negationem retractet, ne tantam absurditatem devoret. Reductio ista postulat, ut ex imperfecto Syllogismo detrahatur aliqua Praemissa, cui succedat Contradicторia negata Conclusionis; ut inde prodeat in Medo imperfecto nova Conclusionis Contradicторia, vel Contraria illi Praemissæ, quæ detracta est, & quæ iam ab adversario concessa supponitur. Qualiter autem id præstandam in singulis Figuris, indicatur his verbis.

6 Quoram sensus est. Nam agitur de reducendis Modis indirec-
tis primæ Figuræ, Contradictoria Conclusionis negata fit Maior, & (su-
blatâ Minore antiquâ) quæ antea Maior erat, fit Minor, prout primo versu precipitur: quibus positis, se-
quetur in aliquo Modo perfecto Con-
clusio Contradictoria, vel Contraria Minoris sublatâ. Ex. g. posito Syllo-
gismo in Fapesmo: *Omnis homo est ani-
mal, Nullus leo est homo, Ergo aliquid animal non est leo;* si quis Consequen-
tiā neget concessis Premissis, tene-
tur admettere Contradictoriā Conclu-
sionis, nempè, *Omnis animal est leo.*
Hæc igitur ponatur pro Maiore, &
loco Minoris illa Maior antiqua, *Omnis homo est animal.* Ex his verò se-
quitur in *Barbara* Conclusio ista, *Ergo omnis homo est leo:* quæ si conver-
tatur per accidens in istam, *Aliquis leo est homo,* iet Contradictoria Minoris,
quam in priori Syllogismo concesserat adversarius. Ex Modis imperfectis
primæ Figuræ excipitur *Celantes*, in
cuius Reductione Minor antiqua fit
Maior, & Contradictoria Conclusionis fit Minor.

8 In secundâ Figurâ Maior manet intacta, & pro Minore po-
natur Contradictoria Conclusionis,
prout tertio versu notatur. V.g. in *Ce-
fare* Syllogismus, *Nellus lapis est vi-
vens, Omnis homo est vivens, Ergo nullus
homo est lapis;* ita reducitur: *Nel-
lus lapis est vivens* (quæ est Maior anti-
qua), *Aliquis homo est lapis* (quæ
est Contradictoria Conclusionis ne-
gata), *Ergo aliquis homo non est vi-
vens.* En Conclusiōem deductam in
Ferio, & contradictoriā Minoris,
quæ coaceſſa fuerat in *Celare*.

9 In tertiat Figurâ Minor manet immota, & pro Maiore ponit
ur Contradictoria negata Conclu-

sione, prout invenient in quarto ver-
su. Quare Syllogismum in Ferio v.
g. *Nullum animal est lapis, aliquid ani-
mal est homo, Ergo aliquis homo non est
lapis;* sic reduces: *Omnis homo est lapis,*
*Aliquid animal est homo, Ergo aliquod
animal est lapis;* Vbi nihil negare po-
terit adversarius; non Maiorem, quia
est Contradictoria Conclusionis ab
ipso negata; non Minorem, quia iam
antea concessit; concedet ergo Con-
clusionem, reprobata deductam in Mo-
do perfecto *Darij.* At hæc est Con-
tradictoria illius Maioris, quam ipse
admisit in primo Syllogismo. Eadem
arte reliquos Modos reducere lice-
bit.

10 Ut autem diconoscatur
ad quem Modum perfectum imper-
fectus quisque reducatur, proponi so-
lent Dictiones istæ, *NESIEBATIS,*
ORIEBAR, LETARE-ROMANIS. Pri-
ma continet quinque vocales, respon-
dentes quinque Modis indirectis pri-
mæ Figuræ, ita ut primus notetur
prima vocali, secundus secundâ, & sic
de ceteris. Secunda Dic̄tio quatuor
vocalibus notat eodem ordine qua-
tuor secundæ Figuræ Modos: & ter-
tia sex vocalibus indicat similiter to-
tidem Modos tertia Figuræ. Vocales
autem sunt A, E, I, O, in quas desi-
nunt quatuor Modi perfecti prime
Figuræ. Quo posito, Modus quisque
imperfectus reducitur ad illum per-
fectum, cuius ultima vocalis fuerit
eadem, quæ imperfecto respondet in
istis Dictionibus. Unde, qui numeran-
di ordine incident in A, reducuntur
ad *Barbaras*; qui in E, ad *Celarent*; qui
in I, ad *Darii*; qui in O, ad *Ferit.* Hæc
molesta sunt. Si Premissas disponas
iuxta documenta num. 7.8. & 9., ex ea-
rum quantitate, & qualitate facilis
cognoscēs, in quo Modo perfecte
concludendum sit.

CAP. VI.

De Varijs Syllogismorū
speciebus.

Praeterea Syllogismum absolutum de Medio communī, quem hactenū explicuimus, supersunt *Expositorius*, *Medialis*, & *Hypotheticus*, de quibus hic breviter agendum. Syllogismus *Expositorius* (ita dictus, quia rem quasi oculis exponit) ille est, qui constat Medio singulare. Confici potest in quālibet ex tribus Figuris, sive Extrema sunt termini communīes, sive singulares; & in singulis concludere, tum affirmativē, tum negativē, iuxta valorem Præmissarum. Ex. g. in primā Figurā: *Cicero est eloquens, sed hic Orator est Cicero, Ergo hic Orator est eloquens: Cicero non est Grecus, sed Aliquis Orator est Cicero, Ergo aliquis Orator non est Grecus.*

2 Quid attinet ad Modos, totidem formē variari possunt in *Expositorio*, quot in Syllogismo de Medio communī. Excipe tertiam Figuram, in quā non nisi duplex est Modus, vterque particularem Conclusionem colligens, alter affirmativam ex affirmativis, alter negativam ex Maiore negante, & Minore affirmante. V.g. *Petrus est homo, Petrus est animal, Ergo aliquod animal est homo: Petrus non est leo, Petrus est vivens, Ergo aliquod vivens non est leo.* Nec his vlti-riū immorandum: quia vltitas, aut inutilitas Modorum facile cuivis apparebit ex Principijs, Quæ sunt eadem unius tercio &c., quorum tota vis in hoc Syllogismorum genere maximè resplendet. In eo pariter vim habent Regulae, de quib. cap. 4.: nisi quid Conclusio non semper sequitur part-

tem in quantitate debiliorem, ut idem advertemus: & ex puris particularibus, & pure affirmativis, bene concluditur in secundā Figura: vt, *Aliquis homo est Petrus, Aliquod vivens est Petrus, Ergo aliquod vivens est homo.*

3 Modalis Syllogismus est, qui fruatur ex Enuntiationibus Modalibus, vel ita ut omnes sint pure Modales, vel ita ut altera Præmissa sit Absoluta, seu deinceps. Exempla sine: *Necessus est omnis vivens esse substantiam, Necessus est omne animal esse vivens, Ergo necessus est omne animal esse substantiam: Posibilis est omne animal sentire, Omnis homo est animal, Ergo posibilis est omnem hominim sentire.* In hinc Syllogismis sotnū ties termisi computantur, illi scilicet, qui reperiuntur in Dicto. Modus enim, sic cur in Conversione Modalium non numeratur inter subjecta, & prædicta, sic modò nec inter Syllogismi terminos. Vnde etiam tām Figura, quam Modus Syllogisticus, pentari debet ex parte solius Dicti: & idcirco vicerit Syllogismus, nuper adductus, in primā Figurā est; & in Modo *Barbara*.

4 Porro Syllogismus vndique Modalis de *Necesso*, formari potest in omnibus Figuris, ac Modis cap. 3. recensitis. Ceterum Syllogismi de *Posibili*, *Contingenti*, & *Impossibili*, tantā varietate sensus implicantur, totque monitis, aut regulis indigent, ut sine magno discentiuero explicari vix poscent. Si quando occurserint, nihil de Consequentia decernas priusquam sensam, & vim Præmissarum attente perscruteris, tum ex Regulis Syllogisticis, tum ex propriā naturā Modalium, expositā Disp. 7. cap. 7.

4 Syllogismus Hypotheti-

ens est, qui altera saltem *Premissa* conserat *hypothetica*. Accipitur nunc *Hypothetica* pro *Complexa*, ut fert vius *Scholæ*: cumque enuntiatio *Complexa* sit quadruplex, ut habet Disp. 7. c. 5.; ideo *Syllogismus* iste potest esse *Copula iuvans*, *Disiunctiva*, *Causalis*, aut *Conditionalis*. Pro singulis speciebus sub ea formâ, quæ visitator est, scilicet vbi sola *Maior* est *Complexa*, nonnulla documenta dabimus.

6. *Syllogismus* igitur *Copulativus* constat *Maiore Copulativa* simpliciter negante (si enim sit affirmans secundum præcipuam copulam, vel nullum, vel iniulsum efficit *Syllogismum*); & tunc rectè concludit, cum in *Minore* ponatur altera pars, & altera in Conclusione tollitur. Ex. g. N. n. et Petrus currit, & Paulus sedet; sed Petrus currit; ergo Paulus non sedet. Vel, Sed Paulus sedet, Ergo Petrus non currit. Eodem iure ritè arguitur sic: Nemo servit Deo, & divisi; sed avarus servit divitiis; Ergo non servit Deo. Idem erit, si alterum, aut ambo extrema sint negativa, ut Non & Petrus non sedet, & non ambulat; semper enim ex alterutrius positione sequitur alterius exclusio, ut, Sed Petrus non ambulat, Ergo sedet. Hac autem concludendi vis nititur sensu *Copulativa* negantis, cuius veritas exigit, ne detur similitas extremorum. *Maior* tamen argues ab exclusione unius extremi ad positionem alterius, cum illam vi formæ non exigit *Copulativa* negans.

7. *Syllogismus Disiunctivus* struitur ex *Maiore Disiunctivâ* simpliciter affirmante (nam quæ secundum præcipuam copulam negat, tantum obsecra, & minus visitata, nunc omittitur); tuncque vim habet, cum ex unius pars exclusione colligit positionem alterius, sicut veritate

disiunctivâ. V. g. Petrus aut disputat, aut cantat; Sed non disputat; Ergo cantat. Vel, Sed non cantat, Ergo disputat. Idem est, quando vtraque pars, & ut altera tantum est negativa. Totum hoc pendet ex eo principio: Quod veritas disiunctiva non patitur vtriusque partis falsitatem. Perperam tamen argues universem à positione unius partis ad exclusionem alterius: nam, ut suo loco vidimus, Disiunctiva permittit veritatem ut*iustus*que partis. Quare talis arguendi modus tantummodo licet, quando disiunctio sit inter extrema eposita.

8. Sed nota vigilanter, nihil *Syllogismo Disiunctive* concludi, nisi *Minor* possit esse vera in sensu composito *Maioris Disiunctivæ*; si enim huius veritatem necessariò destruat, nullam Consequentiam parit: ideoque notanter diximus, *Syllogismis* hinc vim esse *sante veritate disiunctiva*. Unde ex his, Vel Petrus non existit, vel Deus deficit; sed Petrus existit: minime sequitur, Ergo Deus deficit: quia *Maior* nequit esse vera, nisi ratione primæ partis, quæ tollitur per veritatem *Minoris*. Idem accidit, quoties disiunctio sit inter extrema, sic inter se connexa, ut alterum sine altero auferri non possit. V. g. Aut Mundus existit, aut conservatur à Deo; sed Mundus non existit: non infertur, Ergo Mundus conservatur à Deo: quia defectus prioris extremi, qui in *Minore* ponitur, secum trahit defectum posterioris; ac proinde ruit veritas *Maioris Disiunctivæ*.

9. Circâ *Syllogismum Causalem* tantum notaverim, quod, si constet *Causalistiçia*, recte colliget idem prædicatum de quovis alio subiecto, cui eadem causa, vel ratio tribuatur in *Minore*. V. g. Quia Petrus est rationalis, est a *inventoriis*; Sed omnis ba-

mo est rationis; Ergo omnis homo est admirativus. Quæ forma ideo concludit, quia in Maiore continetur hæc universalis, Omne rationale est admirativum. Vid. sup. Disp. 7.c. 5.n. 10.

10 Syllogismus Conditionalis, qui constat Maiore Conditionali, & Minore Categoricâ, duplici Figurâ construitur. Prima, in quâ ex conditione absolutè positiâ infertur absolutè conditionatum: vt, Si Sol lucet, dies est; sed Sol lucet; Ergo dies est. Hæc inititur eo principio: Conditionatum purificata conditionis transit in absoluatum. Secunda, in quâ ex defectu Conditionati colligitur defectus conditionis: vt, Si Sol lucet, dies est; sed dies non est; Ergo Sol non lucet. Hæc inititur sensu ipso propositionis Conditionalis, cuias veritas exigit, ne ponatur conditio sine conditionato. Vtique Figura locum habet, sive Conditionalis sit illativa, sive non: item, sive extrema sive affirmativa, sive utrumque, vel alterum negativum. Conditionalis tamen, in quâ præcipua copia negatur, nunc ut iustitata prætermittitur.

11 Sed cave, ne ex defectu conditionis inferas defectum conditionati, aut ex positione istius, positionem hypothesis: nihil enim vi forme concludes. Unde sub hac Maiore, Si existit Petrus, existit Deus, male sic pergas, Sed non existit Petrus, Ergo non existit Deus: vel sic, Sed existit Deus, Ergo existit Petrus. Cave etiam, ne Minor talis sit, ut necessariè defract veritatem Maioris; tunc enim nulla sequitur Conclusio, ut quæ semper concessam præsupponit simultaneam veriusque Propter sic veritatem. Unde in his: Si duo corpora existunt, non sunt penetrata; Sed sunt penetrata; Ergo non existunt; Si daretur

libertas A, non peccaret; sed peccat; Ergo non datur libertas A. In his, inquam, nulla est Consequentia: quia veritas Minoris, cum supponat hypothem in statu absolute separari à conditionato, necessariè importat falsitatem Maioris, quæ taliter separationem excludit. Quod Minor ita supponat, evidens est. Nam corpora nequeunt esse penetrata, quin existant, & sine carentia penetrationis: item libertas A, dum peccat, abolute existit, & haec carentia peccati.

12 Ex dictis colliges, Syllogismum Hypotheticum, sive Complexum, differre à simplici, seu categorico, secundum Formam, & numerum terminorum, eo quod à diversis Principiis vim hauriat: quare etiam diversis Regulis tenetur, nec omnibus ijs adstringitur, quæ cap. 4. adductæ sunt.

13 Omne verò Syllogismorum genus, hactenus expositum, dividit tandem potest in Demonstrativum, Probabilem, Pseudographum, & Sophisticum: quæ divisio tota ferè provenit à materia circa quam, obiecto vè. Demonstrativus est, qui rectâ formâ construitur ex Præmissis omnino veris, & necessarijs. Hunc ex professo Logica explicabit. Probabilis (alias Dialecticus, & Topicus) est, qui rectâ formâ struitur ex Præmissis probabilitibus, vel saltem alterâ necessariâ, & alterâ probabili. Dicitur Probabile, quod apparet merito credibile, prudentique dignum absensi, cum tamen non confeatur penitus necessarium, aut infallibile. Verum, quid sit probabilitas, quid Opilio, quæ probabilitate generatur, accuratius alibi declarabimus.

14 Pseudographus (idest mendacis descriptionis) est, qui rectâ qui-

quidem formā conficitur, sed Præmissam aliquam reipsā fallēm venudit incautis tanquam omniō veram, ac necessariam. V. g. *Quidquid non amissisti, habes; Sed caudam non amissisti.* Ergo caudam habes; vbi Maior videbitur incautis vera, ac innegabilis cum tamen sit omnino falsa. Sophisticus (alias Paralogismus, & captioius, aut fallax Syllogismus) est, qui non verē, sed apparenter concludit; seu qui rectā formā non constat ob aliquius Regula neglectum, & tamen quadam rectitudinis specie decipit. Quare hoc differt. Pseudographus à Sophistico quodlibet in materia, hic peccat in forma. Vixerque tamen solet comprehendit nomine *Captionis, Fallacia, Sophismatis.* Quamquam verò Fallacias omnes, præsertim quæ virtus mæ proveniunt, degere, atque adèò solvere facile quæat, qui Regulas suprà traditas observaverit; nihilominus earum fontes iudicabimus cap. sequi, ut facilius digneoci, vitarique possint.

CAP. VII.

De Syllogismorum Fallacib.

T Redecim passim numerantur sedes, aut fontes sophitatum (a), sex in verbis, septem in rebus. Ex classe verborum, five d' Hioni, prima Fallacia, seu prima species est *Aequivocatio.* Hæc termino æquivoco ludit: vt, *Gallus est avis; Francus est Gallus;* ergo est avis. Secunda est *Ambiguitas,* sive *Amphibolia.* Hæc totius enuntiationis sensum variat: Ex. g. *Quidquid est Aristoteles, non est tuus; sed Logicus, quamvis enim est Aristotelis.* Ergo non est tuus; vbi Maior loquitur

de Aristotele ut domino, Minor de eodem ut Authore.

2. Tertia est *Accentus.* Hæc abutitur vocibus sono, aut scriptione similibus, quasi nihil differant, cum tamē diversa significant ex varietate accentus, quantitatis, aut pronunciationis. Ut, *Maria est mulier; Sed congregatio aquarum sunt maria;* Ergo sunt mulier. *Quidquid edis, comedis; sed librum edis;* Ergo illi rum comedis.

3. Quarta est *Figura & divisionis.* Hæc vtitur, qui diversis vocibus attribuit easdem leges Grammaticas ratione cuiusdam similitudinis: ut si quis paritate vocis *Planta vocem Plantæ* contendat esse forenici generis, aut verbum *Habeo quartæ coniugationis paritate verbi Abo.* Item, qui accipit Quid pro Quali, permiscendo voces vtriusque significativas: ut, *Quoniam bonum in bero vidisti, vides bodies; sed bero vidisti sanum; ergo sanum vidies bodies.* *Quidquid emisti, comedisti; sed carnes crudas emisti;* ergo carnes crudas comedisti. Hæc distinctione solvuntur sic. *Dicit. Mai.: Quem vidi, & qualem vidi, n. g.; & non qualem vidi, conc. Mai. & Min. & n. g.* Consequens. Similiter in secundo.

4. Quinta est *Compositonis,* Sexta Divisionis. His fallit, qui translatâ sensu composite ad divitium, aut à converso. Ut si sub hac Evangelica propositione, *Cœci vident, ita iubum;* Sed omnes cœci visu carent; Ergo qui visu carent, vident: nil concludit, quia Minor, & Conclusio sensum habent compositum, cum Maior habeat divitium. Eodem virtute laborat transitus à sensu copulato ad copulatum, & à disiuncto ad disiunctivum. Quare in hoc syllogismo: *Quacumque sunt duo & tria, sunt duo, & sunt tria.*

(a) *Vid. Aristeos, in Lib. Element., & D. Thom. Opusc. 39. de Fallac.*

tria; sed quinque sunt duo & tria; Ergo quinque sunt duo, & quinque sunt tria: Conclusio est omnino falsa, eo quod Maior solum est vera in sensu copulativo, Minor solum in sensu copulato, à quo vitiōse transitur ad copulativum in Conclusione. Similiter in isto: *Omnis propositio est vera, vel falsa;* si d. non omnis est vera; Ergo omnis est falsa: .concluditur falsò; quia Maior solum est vera in sensu disiunctivo, sub quo non licet alterum extremum sumere seorsum ab altero, prout sumitur in Minore, & Conclusione, quae sensum disiunctivum proinde supponunt.

5 Iam ex classe sophismatum in rebus, sive extra distinctionem, prima species dicitur *Accidentis*, quae est omnium vafermissima captio: constitutæ in eo quod pertinet indistinctim convenientiæ, aut non convenire subiecto, quæcumque ipsius Accidenti convenientiæ, aut non convenientiæ, & vice versa. Vocatur autem *Accidens* in praesenti, non solum quod contingenter advenit, sed etiam quodcumque prædicatum aliquatenus à subiecto diversum, saltem si non sit integra definitio ipsius. Hac pertinent captiones illæ: *Fecisti Cathedram; sed Cathedra est lignum; ergo fecisti lignum;* *Venientem cognoscis; si d. Coriscus est veniens; ergo Coriscum cognoscis;* ubi ex eo quod feceris, aut cognoscas Accidens, vitiōse infertur id ipsum de subiecto.

6 Huc etiam spectat mutationis suppositionis simplicis in personalem, aut è converto: vt, *Animal est genus; sed homo est animal;* ergo homo est genus. Item variatio appellationis: Ut, *Capra est mater;* *capra est tua;* ergo *capra est mater tua;* ubi terminus tua appellat in Conclusione suprà Accidens mater, & in Minore

suprà subiectum. Item transitus ab esse individuali ad specificum, vt in veteri argutia: *Quod ego sum, tu non es; sed ego sum homo; ergo tu non es homo;* ubi Maior verificatur de esse individuali; Minor, & Conclusio loquuntur de specifico.

7 Ac demum huc reduci potest lubrica ista syllogizandi forma: *Quicumque dicit te esse animal, verum dicit;* Sed qui dicit te esse animal, dicit te esse animal; Ergo qui dicit te esse animal, verum dicit: *Quicumque negat te esse hominem in Sacilegum, non errat;* Sed qui negat te esse hominem, negat te esse hominem facilius; Ergo qui negat te esse hominem, non errat. Simili formâ poterit omnis veritas destrui, & omnis error adstrui. In his tandem nullam formâ vitium appareret, sed solius materiæ; quia scilicet Maior universum, & indistinctè sumpta, falsa est. Sic igitur dist. Mai.: *Quicumque dicit &c., verum dicit, si nihil addat alienum, conc.; si quid alienum addat, neg.* Tum dist. Min.: & aliquid addit alienum, conc.; & nihil addit, neg. Min., & consequ. In altero exemplo dist. Mai.: si neget præcisè complexum utriusque termini, conc.; si neget utrumque terminum singulatim, neg.: unde eum in Minore negetur singulatim, & esse hominis, & esse sacrilegi; Consequentia nulla est.

8 Secunda species est, que arguit à vero simpliciter, ad verum secundum quid; aut vice versa. Sic accedit, quoties violentur leges Diminutionis, Restrictionis, & Alienationis terminorum, de quibus Disp. 5.C.4.: Vt, *Homo non est corporeus secundum animam;* ergo homo non est corporeus: Christians licet vesti carnibus; ergo ipse licet vesti carnibus in Quadragesima: *Statua est homo marmoreus;* ergo est ho-

mo. Item, si ab opposito istorum Consequentium inferatur Oppositum Antecedentium.

9 Tertia est Ignorationis Elenchi. Est autem Elenchus in praesenti redargutio, sive illatio Conclusio contradicentis propositionis ab alio concessa. Dum ergo quis fallitur, putans Conclusionem ab arguente illatam contradictoriam esse propositionis a se concessam, cum non sit, ideoque adigitur ad opposita simul concedenda dicetur incidere in fallaciam Elenchi. Quarta est Petitionis principij: quæ tunc adest, cum Conclusion probanda assuratur ad probationem sui per terminos synonimos, aut certè nihil novæ claritatis afferentes. Ut, si probes, hoc ferrum esse gladium, quia est ensis; aut cælum esse rotundum, quia est sphæricum.

10 Quinta dicitur Consequens. Cuius dolus in eo est, quod credatur Antecedens inferri ex Consequenti, sicut Consequens ex Antecedenti: vt, si est homo, est animal; Ergo si est animal, est homo: aut etiam ex opposito Antecedentis deduci oppositum Consequenti, sicut accidit è converso: vt, Si est homo, est animal; Ergo si non est homo, non est animal. Sexta dicitur Non causa ut cause. Hæc tum decipit, cura aliquid estimatur ut causa alicuius mali, vel absurdii, cum revera non sit: vt, si quis vini usum omnino prohibendum dicat, quia malum ebrietatis inde provenit; cum tamen ebrietatis causa non sit viai usus, sed abusus.

11 Septima est plurium interrogacionum: ut unius. Hæc in eo consistit, quod ad plura simul interrogata petatur simplex responso, ex quâ absurdum aliquid inferatur. V.g. interroganti, num Petrus sit homo, & equus; si respondeas, est; colliget ille,

Ergo Petrus est equus: huc verò respondes, non est, atque ille, Ergo Petrus non est homo. Respondegitur per partes: est homo, & non est equus. Deinde, si qua insuper occurrat alijs generis fallacia, ad Regulas Consequentiarum, & Syllogismi, tanquam ad Lydium lapidem attrita, facile vitium prodet.

CAP. ULTIMUM.

De Inventione Medij.

1 A Rtem inveniendi Medium, quam tradunt Summulisti veteres, communiter, & merè Recentiores emittunt, ut quæ plus contineat confusionis, quam utilitatis. Nunc tamen breviter ex eâ dabimus, quæ minus inutilia videbuntur. Quatuor esse solent propositiones, ad quarum probationem queritur Medium, duæ universales, duæ particulares, affirmativæ, & negativæ. Medium autem eligi potest, vel consequens ad extrema, nempe quod ex illis infertur, cuiusmodi est animal, & cætera superiora prædicata respectu hominis: vel antecedens, quod icilieet extrema infert, qualia sunt omnia inferiora prædicta respectu superiorum: vel extraneum, quod nec infert, nec subsequitur extrema, ut est equus respectu hominis. Terminii convertibiles, ut rationale, & homo, sibi invicem sunt antecedens, & consequens.

2 Ut igitur probes universalem affirmativam, v.g. Omnis homo est vivens, quare Medium consequens ad subiectum, & antecedens ad prædicatum: & cum inveneris, animal tale Medium esse, sic probationem institue: Omne animal est vivens, Omnis homo est animal, Ergo Omnis homo est vivens. Ut probes universalem negati-

vam in Celarent, aut Belse, Medium quare consequens ad subiectum, & prædicato extraneum: aut extraneum subiecto, & consequens ad prædicatum, ut probes in Cameſter. Ut probes particularem affirmativam in primâ Figurâ, Medium sit consequens ad subiectum, & antecedens ad prædicatum: in tertiat autem Figurâ, antecedens ad utrumque. Tandem pro particuli negativâ, Medium sit consequens ad subiectum, & prædicato extraneum in primâ Figurâ, necnon in Festino secunda: at in Baroco, & in tertiat Figurâ, sit antecedens ad subiectum, & extraneam prædicato. Hactenus, quidquid utilitatis ex vulgaritate arte inveniendi Medium exprimai potest.

Sed verò germana ars inveniendi Media, sive Argumenta ad probationem cuiuslibet Conclusionis idonea, re ipsâ nulla est, præter ingenium vividum, ac solidum, assidue exercitatione cultum, multarumque rerum cognitione, legendo, & audiendo comparata, locuples. Ipsa tamen rerum cognitione promptior, et

que utilior erit, si per certa quædam capita, quos vocant Locos Inventionis, aut Sedes Argumentorum, distributa sit: ut deinde Dialectica doceat, quâ formâ singulis vtendam, ne probatio inefficax evadat. Præmuntur autem Argumenta à Locis, aut Sedibus istis: à Definitione, à Divisione, à Coniugatis, à Causis, ab Effectis, ab Antecedentibus, à Consequentibus, à Circumstantibus, à Similibus, à Paribus, à Maioribus, à Minoribus, à Dissimilibus, ab Oppositis, à Repugnantibus, ab Auctoritate, tam Divinâ, tam Humanâ. De his omnibus Rhetorici disserunt, necnon Dialectici, quibus expatriari licet: doctè verò, fusè, & accuratè Fonseca noster à cap. 11. ad finem Libri 7. Institutionum Dialeticarum quo Opere nihil elegantius, plenius, aut perfectius invenias. Nobis hucusque dicta sufficiant. Vtiamque ijs probè utramur, nō ad fugacem modò, sed ad asequendam maximè, quæ nostra summa felicitas est,

eternam Veritatem!

(1)

F I N I S.



IN.

INDEX TITULORUM, QUI IN INSTITUTIONIB. Dialectic. continentur.

Disp. I. De Signo.	Pag. 2.	Cap. 6. Leges recte Divisionis, &c.	Divisionis, &c.
Cap. 1. Quid sit Signum, & quod triplex?	3.	Loci arguendi à Divisione.	47.
Obiectiones quædā obiter solute.	5.	Disp. IV. De Termiao.	50.
Reliquæ Signi partitiones.	8.	Cap. 1. Quid sit terminus Logicus?	ibid.
Cap. 2. De quibus usdā cōditionibus ad veram Signi rationē &c.	9.	Cap. 2. Obiectiones &c.	52.
§. 1. De prima conditione.	ibid.	Cap. 3. Quæsiunculis quibusdam respondetur.	55.
§. 2. De secunda conditione.	11.	Cap. 4. Multiplex divisio termini &c.	59.
§. 3. De tertia conditione.	13.	§. 1. Terminus Mentalis, Vocalis, & Scriptus.	ibid.
Cap. 3. Corollaria, & Dubio!	ibid.	§. 2. Categorematicus, & Syncategorematicus.	60.
Cap. 4. De Signo vocali.	16.	§. 3. Communis, & Singularis, Transcendentis, & Intranscendentis, Univocus, & Equiv.	61.
Constitutio signi vocalis ad placitum.	18.	§. 4. Collectivus, & Divisivus, Complexus, & Incomplexus, Prima, & Secunda intent.	63.
Disp. II. De Nomine, Verbo, & Oratione.	19.	§. 5. Concretus, & Abstractus, Conformativus, & Absolutus, Denominativus, & Denom.	ib.
Cap. 1. De Nomine.	20.	§. 6. Finitus, & Infinitus, Positivus, Privativus, & Negat.	66.
Cap. 2. Definitio Nominis defenditur.	21.	§. 7. De Terminis plurali numero &c.	68.
Cap. 3. De Verbo.	25.	Disp. V. De Proprietatibus Terminorum.	68.
Cap. 4. Triplex obiectio &c.	28.	Cap. 1. De Suppositione.	69.
Cap. 5. De Oratione.	29.	§. 1. Praevia dubior. resolutio.	ibid.
Disp. III. De Modo Sciendi.	31.	§. 2. Suppositionis definitio.	72.
Cap. 1. Definitur, ac dividitur Modus Sciendi.	32.	Cap. 2. Dividitur Suppositio.	ib.
Cap. 2. De Definitione.	33.	De Ascensu, & Descensu &c.	76.
Quid uereetur Definitioni? Quatenus à Definitione differt?	35.	Cap. 3. Regula pro discernenda suppositione &c.	78.
Notanda quedam.	ibid.	§.	80.
Cap. 3. Leges recte Definitionis.	37.		
Cap. 4. Solvatur argumētū &c.	41.		
Cap. 5. De Divisione.	43.		
Divisio multisimplex.	44.		
Divisio per se.	ibid.		
Divisio per accidens.	45.		
Abvertenda quedam.	ibid.		
Quæsiuncula duplex.	46.		

§. 1. Pro sup positione subiecti.	ib.	De Disjunctiva.	150.
§. 2. Pro suppositione prædic.	79.	De Conditionali.	151.
§. 3. Quid de Relativis?	80.	De Causali, & Rationali.	153.
Cap. 4. Aliæ Terminii Proprietates. &c.	82.	Oppositiæ Complexarum.	154.
Cap. 5. De Appellatione.	87.	Notanda quædam.	155.
Tbonistarum Regulae &c.	88.	Cap. 6. De Enuntiatione Exponibili.	156.
Veriores Regulae &c.	89.	De Exclusiva.	ibid.
Disp. VI. Fabor de Terminali Controversia triplex &c.	91.	De Exceptiva.	158.
Cap. 1. Utrum vox, nihil ex infinito significans, terminus esse posse?	92.	De Reduplicativa.	159.
Cap. 2. Objectionib. occurritur.	95.	Cap. 7. De Enuntiationib. Modalib.	160.
Cap. 3. Utrum copula enuntiativa sit terminus?	102.	Conversio Modaliuum.	163.
Cap. 4. Argumenta cōtraria.	105.	De Contingenti propriè accepto.	165.
Cap. 5. Utrum nomen Deus sit terminus communis?	109.	Advertenda quædam.	ibid.
Cap. 6. Diluitur Argumēta.	114.	Disp. VIII. De Argumentatione, & præcipue de Syllogismo.	166.
Disp. VII. De Enuntiatione.	121.	Cap. 1. Argumentatio in communione.	167.
Cap. 1. Quid sit Enuntiatio, & quotuplex?	121.	§. 1. Quotuplex sit Consequencia?	ibid.
Enuntiationis materia.	123.	§. 2. Pro bona Consequencia Regule generales.	168.
Enuntiationis forma.	125.	Cap. 2. Quotuplex sit Argumentatio	171.
Quantitas, & Qualitas.	127.	Cap. 3. De materia, & forma syllogismi.	174.
Cap. 2. Enuntiationum Oppositiō.	128.	Cap. 4. De Principiis ac Regulis Syllogist. &c.	181.
Dividitur.	ibid.	Cap. 5. De Redactiōne Syllogismor. &c.	185.
Leges Oppositiōis.	130.	Cap. 6. De Variis Syllogismis speciebus.	188.
Quæstioncula duplex.	132.	Cap. 7. De Fallaciis &c.	191.
Cap. 3. Variæ difficultates &c.	134.	Cap. Ultim. De Inventione Methodi.	193.
Quid tenendum circa Propositiones semet falsificantes?	139.		
Cap. 4. De Equipollentia, & Conversione.	142.		
Cap. 5. De Enuntiatione Complexa.	147.		
De Copulatione.	148.		



